AD TERTIUM dicendum, quod sensus visus, quæ omnino materialis est, nullo modo elevari potest ad aliquid immateriale. Sed in intellectu nostro, vel angelico, quæ secundum naturam materia aequaliter eleuatus est, potest ultra suam naturam per gratiam ad aliquid altius eleuari. Et huius signum est, quod visus nullo modo potest in abstractione cognoscere id, quod id concrecione cognoscit: nullo modo potest percipere naturam, nisi ut hanc. Sed intellectus noster potest in abstractione considerare quod in concrecione cognoscit. Est enim cognoscere res habentes formam in materia, tamen resolutam in virtutibus, & considerat ipsam formam per se. Et similiter in intellectu angeli, licet conaturalis sit ei cognoscere esse concretum in aliqua natura, potest ipsum esse fecerere per intellectum, dum cognoscit quod aliud est ipse, & aliud est suum esse. Et ideo cum in intellectu creatus per suam naturam sit apprehendere formam concretam, & esse concretum, in abstractione per modum resolutionis cuiuslibet potest per gratiam eleuari ut cognoscat substantiam separatam subsistentem, & esse separatam subsistentem.

ARTICVLVS V. Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam aliquo modo lumine indigeat.

AD QVINTVM sic procedit. Vt quod intellectus creatus ad videndum essentiam Dei aliquo lumine creato non indigeat. Illud, quod est per se lucidum in rebus sensibilibus, alio lumine non indiget ut videatur. Ergo nec in intelligibilibus. Sed Deus est lux intelligibilis. Ergo non videtur per aliquod lumen creatum.

Præterea, cum Deus videtur per medium, non videtur per suam essentiam. Sed cum videtur per aliquod lumen creatum, videtur per medium. Ergo non videtur per suam essentiam, ut per medium. Ergo non videtur per suam essentiam, ut per medium. Ergo non videtur per suam essentiam, ut per medium.

Præterea, illud, quod est creatum, nihil prohibet alicui creaturæ esse naturale. Si ergo per aliquod lumen creatum Dei essentia videtur, poterit illud lumen esse naturale alicui creaturæ. Et ita illa creatura non indigebit alio quo alio lumine ad videndum Deum. Quod est impossibile. Non est ergo necessarium quod omnis creatura ad videndum Dei essentiam, lumen superadditum requirat.

SED CONTRA est quod dicitur in Psal. In lumine tuo videbimus lumen.

RESPONDEO dicendum, quod omne quod eleuatur ad aliquid, quod excedit suam naturam, oportet quod disponatur aliqua dispositione, quod sit supra suam naturam. Sicut, si aer debeat accipere formam ignis, oportet quod disponatur aliqua dispositione ad talis formam. Cum autem aliquis intellectus creatus videtur Deum per essentiam, ipsa essentia Dei sit forma intelligibilis in intellectu. Vnde oportet,

422

Art. 2. hu- ius quest.

Art. 2. hu- ius quest.

Art. 2. hu- ius quest.

Art. 3. hu- ius quest.

59

3. contra c. 51. 52. & 55. Et opus. 3. ca. 105. & 4. dist. 49. 96. 2. artic. 7. Et veri. q. 3. ar. 3. 14.

313

Art. pced.

In 4. dist. 49.

60

dist. 49. q. 2. art. 4. & 3. contra cap. 56.

Lib. 13. q. 32. in princ. to. 4.

Art. 3. hu- ius quest.

oportet, quod aliqua dispositio supernaturalis ei superaddatur ad hoc quod eleuetur in tantam sublimitatem. Cum igitur virtus naturalis intellectus creati non sufficiat ad Dei essentiam videndam, ut ostensum est, oportet quod ex divina gratia superacrescat ei virtus intelligendi. Et hoc augmentum virtutis in intellectu illuminacionem intellectus vocamus, sicut & ipsum in intelligibile vocamus lumen, vel lux. Et istud est lumen, de quo dicitur Apoc. 21. quod claritas Dei illuminabit eam, sicut societate beatorum Dei videtur. Et secundum hoc lumen, efficiuntur deformes, id est, Deo similes: secundum illud 1. Ioh. 3. Cum appa- ruerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod lumen creatum est necessarium ad videndum Dei essentiam, non quod per hoc lumen Dei essentia intelligibilis fiat, quod in se intel- ligibilis est, sed ad hoc quod in intellectu fiat potestas ad intelligendum per modum, quo potestiam sit potestior ad operandum phabitu. Sicut est & lumen in corporeale necessarium est in visu exteriori in quantum facit medium transparentem in actu, ut possit moveri ad colorem.

AD SECUNDVM dicendum, quod lumen istud non requirit ad videndum Dei essentiam quasi similitudo, in qua Deus videtur, sed quasi perfectio quædam in intellectu confer- tas ipsum ad videndum Deum. Et ideo potest dici quod non est medium, in quo Deus videtur, sed sub quo videtur. Et hoc non tollit immediatam visionem Dei.

AD TERTIUM dicendum, quod dispositio ad formam ignis non potest esse naturalis nisi habenti formam ignis. Vnde lumen gratie non potest esse naturale creaturæ, nisi creatura esset nature diuine: quod est impossibile. Per hoc enim lumen sit creatura rationalis deiformis, ut dictum est.

ARTICVLVS VI. Vtrum videntes Deum per essentiam ipsam comprehendant.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur, quod videntes Dei essentiam Dei vno modo perfectius non videat. Dicitur enim 1. Ioh. 3. Videbimus Deum sicuti est, sed ipse vno modo est. Ergo vno modo videbit ab omnibus. Non ergo perfectius & minus perfectè.

Præterea, Augustinus dicit in libro 83. quæst. quod vna rem non potest vnus alio plus intelligere. Sed omnes videntes Deum per essentiam, intelligunt Dei essentiam. In intellectu enim videtur Deus non sensu: ut supra habitum est. Ergo videntium diuinam essentiam vnus alio non clarius videt.

Præterea, quod aliquid altero perfectius videtur, ex duobus contingere potest: vel ex parte obiecti visibili- lis: vel ex parte potentie visus videtur. Ex parte autem obiecti: hoc quod obiectum perfectius in videre recipit, scilicet secundum perfectiorem similitudinem, quod in proposito lo- ci non habet. Deus enim non per aliquam similitudinem, sed per eius essentiam presentem est in intellectu essentia eius vi- detur. Relinquitur ergo quod si vnus alio perfectius eum vi- deat: hoc sit secundum demerentiam potentie intellectus. Et ita sequitur quod potestiam intellectus naturaliter est sublimior, clarius eum videat. Quod est inconueniens, cum homines participant beatitudine æqualitas angelorum.

SED CONTRA est, quod vita æterna in visione Dei consistit: secundum illud Ioh. 17. Hęc est vita æterna, &c. Ergo si oēs æqualiter Dei essentiam videtur in vita æterna, oēs erunt æqualiter: cuius contrarium dicit Apo- stolus 1. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate.

RESPONDEO dicendum, quod videntes Deum per essentiam vnus alio perfectius eum videbit. Quod quod non erit per aliquam Dei similitudinem perfectiorem in uno quod in alio: cum illa visio non sit futura per aliquam similitudinem, ut ostensum est. Sed hoc erit per hoc, quod intel- lus vnus habebit maiorem virtutem seu facultatem ad videndum Deum, quod alterius. Facultas autem videndi Deum non consistit in intellectu creato secundum suam naturam, sed per lumen gloria: quod in intellectu in quadam deiformitate consistit, ut ex superioribus patet. Vnde intel- lectus plus participas de lumine gloria: perfectius Deum

Art. 2. hu- ius quest.

Art. pced.

videbit. Plus autem participabit de lumine gloria, quod plus habet de charitate: quia ubi est maior charitas, ibi est maius desiderium. Et desiderium quodammodo facit desiderantem aptum & paratum ad susceptionem desiderati. Vnde quod plus habebit de charitate, perfectius Deum videbit & beator erit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cum dicitur videbimus eum sicuti est: hoc aduerbium sicuti, determinat modum visionis ex parte rei visæ: ut sit sensus: videbimus eum ita esse sicuti est: quia ipsum esse eius videbimus, quod est eius essentia. Non autem determinat modum visionis ex parte vidētis: ut sit sensus, quod ita erit perfectus modus videndi: sicut est in Deo perfectus modus esse dī.

Et hoc et patet solutio ad secundum. Cum enim dicitur quod vnus vnus alio melius non intelligit, hoc habet veritatem si referatur ad modum rei intellectæ: quia quod vnus intelligit re esse aliter quod sit, non vere intelligit: non autem si referatur ad modum intelligendi: quia intelligere vnus est perfectius quam intelligere alterius.

AD TERTIUM dicendum, quod diuersitas videndi non erit ex parte obiecti: quia idem obiectum omnibus presentabitur, scilicet Dei essentia: nec ex di- uersa participatione obiecti per differentes similitudines, sed erit per diuersam facultatem intellectus, non quodam naturalem, sed gloriosam, ut dictum est.

ARTICVLVS VII. Vtrum videntes Deum per essentiam ipsam comprehendant.

AD SEPTIMVM sic procedit. Vt, quod videntes Deum per essentiam, ipsum comprehendat. Dicitur enim 1. Ioh. 3. Sequor autem si quomodo comprehendam. Non autem frustra sequatur. Dicit enim ipse, 1. Cor. 9. Sic curro non quasi in incertum. Ergo ipse comprehendit: & eadem ratione alij, quos ad hoc inuitat dicens, sic currite ut comprehendatis.

Præterea, ut dicit Augustinus in libro de uidentibus Deum ad Paulinam: illud comprehendit quod ita totum est, ut nihil eius lateat videntem: sed si Deus per essentiam videtur, totus videtur, & nihil eius lateat videntem: cum Deus sit simplex: ergo ad quocumque videtur per essentiam, comprehenditur.

Si dicatur quod vnus vnus non totaliter contra. Totaliter vel dicitur modum vidētis, vel modum rei visæ. Sed ille qui videt Deum per essentiam, videt eum totaliter. Si significet modum rei visæ, quod videt eum sicuti est: non dicitur esse. Similiter videt eum totaliter, si signifi- ficet modum vidētis: quia tota virtute sua in intellectu Dei essentiam videbit. Quilibet ergo videt Deum per essentiam, totaliter eum videbit. Ergo eum comprehendet.

SED CONTRA est quod dicitur Hier. 32. Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi: magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. Ergo comprehendere non potest.

RESPONDEO dicendum, quod comprehendere Deum impossibile est cuiusque intellectui creato: attingere uero mente Deum qualitercumque magis est beatitudo, ut dicit Augustinus.

Ad cuius euidentiā sciendum est, quod illud comprehendit, quod perfectè cognoscit. Perfectè autem cognoscit, quod tantum cognoscit, quæ tamen est cognoscibile. Vnde si id, quod est cognoscibile per scientiam demonstratiuam opinionem tenent, ex aliqua ratione phabibili concepta, non comprehenditur, puta si hoc quod est triangulum habere tres angulos equales duobus rectis aliquis sciat, per demonstrationem comprehendit illud. Si vero aliquis eius opinionem accipiat phabilliter, hoc quod a sapiētibus vel pluribus ita dicitur, non comprehendet ipsum: quia non pinget ad illud perfectum modum cognitionis, quo cognoscibilis est. Nullus autem intellectus creatus attingere potest ad illud perfectum modum cognitionis diuine essentiae, quo cognoscibilis est quod sic patet. Vnum quod quod; enim sic cognoscibilis est secundum quod est ens actu. vnus igitur cuius esse est in finitum, ut supra ostensum est, infinite cognoscibilis est.

Art. 2. hu- ius quest.

Art. pced.

79

a 424 420

Art. pced. 61

4. dist. 49. q. 1. art. 3. Et 3. contra cap. 53 & ueri. q. 8. artic. 2.

Epist. 112. ca. 9. circa princ. to. 2.

Art. pced.

Epist. 112. ca. 9. to. 2.

q. 7. art. 3. Nullus

58

4. dist. 49. q. 2. art. 6. Et veri. q. 8. art. 3. Et 3. contra cap. 50. cap. 4. p. 4. part. ante mediu.

Art. 1. hu- ius quest.

311 26 424

Nullus aut intellectus creatus potest Deum infinite cognoscere. In natura enim intellectus creatus diuinam essentiam perfectius vel minus perfecte cognoscit, in quantum maior vel minori lumine gratia profundius. Cum igitur lumen gloriae creatum in quocumque intellectu creato receptum non possit esse infinitum, impossibile est quod aliquis intellectus creatus Deum infinite cognoscat. Vnde impossibile est quod Deum comprehendat.

Ad primum ergo dicendum, quod comprehensio dupliciter. Vno modo striate & proprie secundum quod aliqui includitur in comprehendente. Et sic nullo modo Deus comprehenditur nec intellectu nec aliquo alio: quia cum sit infinitus, nullo finito includi potest: ut aliquid finitum esse infinite capiat: sicut ipse infinitus est. Et sic de comprehensione nunc queritur. Alio modo comprehenditur largius sumitur quod comprehendit insecutioni opponitur. Quia n. attingit aliquem quoniam iam tenet ipsum: comprehendere eum dicitur. Et sic Deus comprehenditur a beatis, secundum illud Cant. 3. Tenui eum, nec dimittit. Et sic intelligitur auctoritates Apostoli de comprehensione. Et hoc modo comprehendit est vna de tribus dotibus animae, quae videtur spiritui, sicut visio scientiae, & fructus charitatis. N. n. apud nos oem quod videtur iam tenetur, vel habet, quia vnde interdum distantia, vel quae non sunt in potestate nostra. Neque iterum omnibus, quae habemus fruimur: vel quia non desideramus in eis: vel quia non sunt vltimus finis desiderij nostri: ut desiderium nostrum impleant & quietent. Sed haec tria habet beatus in Deo: quia videtur ipsum: & videndo tenent sibi partem in potestate habentes spiritus eius videre: & tenentes fruunt sicut vltimo fine desiderium implere.

Ad secundum dicendum, quod non per hoc Deus incomprehensibilis dicitur quasi aliquid eius sit quod non videatur: sed quia non ita perfecte videtur sicut visibilis est: sicut cum aliqua demonstrabilis propositio per aliquam probabilem rationem cognoscitur, non est aliquid eius quod non cognoscatur, nec subiectum, nec predicatum, nec compositio, sed tota non ita perfecte cognoscitur, sicut cognoscibilis est. Vnde Augustinus dicitur in comprehensione dicitur, quod totum comprehendit videndo: quod ita videtur nihil eius lateat videtur: aut cuius fines circumscribi vel circumscribi potest: tunc enim fines alicuius circumscribuntur quod ad finem in modo cognoscendi illam rem peruenitur.

Ad tertium dicendum, quod totaliter dicitur modum obiecti non quod ita quod totus modus obiecti non cadat sub cognitione, sed quia modus obiecti non est modus cognoscendi. Quia igitur videtur Deum per essentiam, videtur hoc in eo quod infinite existit: & infinite cognoscibilis est. Sed hic infinitus modus non competit ei, ut ipse infinite cognoscat. Sicut aliquis probabiliter scire potest aliquam propositionem esse demonstrabilem, licet ipse eam demonstratiue non cognoscat.

ARTICVLVS VIII. Vtrum videtur Deum per essentiam omnia in Deo videant. AD OCTAVAM sic proceditur. Vnde, quod videntes Deum per essentiam omnia in Deo videant. Dicitur in Grego. in 4. dial. Quid est quod non videant, qui videntes omnia vident: sed Deus est videns omnia. cap. 54. & ergo qui vident Deum, omnia vident.

Item quocumque videt speculum, videt ea, quae in speculo resplendent. Sed omnia quocumque sunt vel fieri possunt, in Deo resplendent, sicut in quodam speculo: ipsi sine & li. scem in omnia in seipso cognoscit. Ergo quocumque videt Deum, videt omnia, quae sunt & quae fieri possunt. Moral. cap. 3. in telligere minima, ut dicitur 3. de Anima. Sed omnia, quae Deus facit vel facere potest, sunt minus quam eius essentia. Ergo quocumque intelligit Deum, potest intelligere omnia, quae Deus facit vel facere potest.

3. Præterea, Rationalis creatura omnia naturaliter scire desiderat. Si igitur videndo Deum non omnia sciat: non quietatur eius naturale desiderium. Et

ita videndo Deum non erit beata: quod est inconueniens. Videndo igitur Deum omnia scit.

Sed contra est, quod angeli vident Deum per essentiam, & tamen non omnia sciunt. Inferiores enim angeli purgantur a superioribus a nescientia: ut dicit Dionysius. ca. 7. a medio. & cogitationes cordium. hoc enim solum Dei est esse. Ergo quocumque vident Dei essentiam, vident omnia.

Respondetur ad dicendum, quod intellectus creatus videndo diuinam essentiam non videt in ipsa omnia, quae facit Deus, vel facere potest. Manifestum est enim quod sic aliqua videntur in Deo sicut quod sunt in ipso. Omnia autem sunt in Deo, sicut effectus sunt virtute in sua causa. Sic igitur videntur omnia in Deo, sicut effectus in sua causa. Sed manifestum est, quod quare aliqua causa perfectius videtur, tamen plures eius effectus in ipsa videntur possunt. Quia n. habet intellectus eleuatum, statim vno principio demonstratio propositio ex ipso multarum conclusionum cognitionem accipit. Quod non conuenit ei, quod debilius in intellectu est. Sed oportet quod ei singula explanentur. Ille igitur intellectus potest in causa cognoscere omnes causas effectus, & omnes rationes effectuum, quod causam totaliter comprehendit. Nullus autem intellectus creatus totaliter Deum comprehendere potest, ut ostensum est. Nullus igitur intellectus creatus, videndo Deum, potest cognoscere omnia quae Deus facit, vel potest facere. Hoc enim est comprehendere eius virtutem. Sed hoc, quod Deus facit, vel facere potest, tanto aliquis intellectus plura cognoscit, quanto perfectius Deum videt.

Ad primum ergo dicendum, quod Grego. loquitur quantum ad sufficientiam obiecti, scilicet Dei, quod quantum in se est sufficienter continet omnia & demonstrat. Non tamen sequitur quod vniuersum quod videns Deum omnia cognoscat: quia non perfecte comprehendit ipsum.

Ad secundum dicendum, quod videns speculum non est necessarium, quod omnia in speculo videant nisi speculum visu suo comprehendat.

Ad tertium dicendum, quod licet maius sit videre Deum, quam omnia alia: tamen maius est videre sic Deum, quod omnia in eo cognoscantur, quam videre sic ipsum: quod non omnia, sed pauciora vel plura cognoscantur in eo. Item enim ostensum est, quod multitudine cognitorum in Deo, consequitur modum videndi ipsum uel magis perfectum uel minus perfectum.

Ad quartum dicendum, quod naturale desiderium rationalis creaturae est ad sciendum omnia illa, quae pertinent ad perfectionem intellectus. & haec sunt species & genera rerum & rationalis earum, quae in Deo uidentur quilibet videns essentiam diuinam. Cognoscere autem alia singularia & cogitata & facta eorum, non est de perfectione intellectus creati: nec ad hoc eius naturale desiderium tendit: nec iterum cognoscere illa, quae nodum sunt, sed fieri a Deo possunt. Si tamen solus Deus uideretur, qui est fons & principium totius esse & ueritatis, ita repletur naturale desiderium sciendi, quod nihil aliud quereret: & beatus esset. unde dicitur Augustinus. 5. confes. In felix homo qui scit omnia illa, scilicet creaturas: tamen nescit. Beatus autem qui se scit, etiam si illa nesciat. Qui uero se & illa nouit, non propter illa beatorum est, sed propter se solum beatus.

ARTICVLVS IX. Vtrum ea, quae videntur in Deo a videntibus diuinam essentiam per aliquas similitudines videantur.

AD NONVM sic proceditur. Vnde, quod ea quae videntur in Deo a videntibus diuinam essentiam, per aliquas similitudines videntur. Omnis enim cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum: sic enim intellectus in actu sit intellectum in actu & uisus in actu uisibile in actu, in quantum eius similitudine informatur, ut pupilla similitudine coloris. Si igitur intellectus uidetis Deum per essentiam intelligit in Deo aliquas creaturas, oportet quod earum similitudinibus informetur.

2. Præter-

Præterea, ea, quae prius vidimus, memoriter tenemus. Sed Paulus videns in raptu essentiam Dei (ut dicitur Aug. duodecimo super Genes. ad litteram) postquam desijt essentiam Dei videre, recordatur est multorum, quae in illo raptu viderat: unde ipse dicit quod audiuit aliqua verba, quae non licet homini loqui. 2. Corin. 12. Ergo oportet dicere, quod aliquae similitudines eorum, quae recordatur est, eius intellectus remanserunt. Et eadem ratione quae praesentialiter videtur Dei essentiam, eorum, quae in ipsa videntur, aliquas similitudines vel species habebat.

Sed contra est quod per vnam speciem videtur speculum: & ea quae in speculo apparent: sed omnia sic videtur in Deo sicut in quodam speculo intelligibili. Ergo si ipse Deus non videtur per aliquam similitudinem sed per suam essentiam: nec ea quae in ipso videntur per aliquas similitudines suae species videntur.

Respondetur ad dicendum, quod videntes Deum per suam essentiam ea quae in ipsa essentia Dei videntur, non videtur per aliquas species, sed per ipsam essentiam diuinam intellectus eorum videntur. Et sic enim cognoscitur vniuersum quodque similitudo eius est in cognoscente. Sed hoc contingit dupliciter. Cum enim quocumque vniuersum & eadem sunt similia, subijunctum sint similia: virtus cognoscitiva dupliciter assimilari potest alicui cognoscibili. Vno modo secundum se, quod dicitur eius similitudinem in format. Et tunc cognoscitur illud secundum se. Alio modo secundum quod in formatur specie alicuius: quod est ei simile. Et tunc non dicitur res cognosci in se ipsa, sed in suo simili. Alia enim est cognitio, qua cognoscitur aliquis homo in seipso, & alia qua cognoscitur in sua imagine. Sic ergo cognoscere res per earum similitudines in cognoscente existere, est cognoscere eas in seipsis seu in proprijs naturis, sed cognoscere eas per earum similitudines praesistentium in Deo, est videre eas in Deo. Et haec duae cognitiones differunt. Vnde illa cognitio, qua res cognoscitur a videntibus Deum per essentiam, in ipso Deo non videtur per aliquas similitudines alias, sed per solam essentiam diuinam intellectui praesentem: per quam & Deus videtur.

Ad primum ergo dicendum, quod intellectus creatus videns Deum assimilatur rebus quae videntur in Deo: in quantum vniuersum essentia diuinam in qua rerum omnium similitudines praesistent.

Ad secundum dicendum, quod aliqua potentia cognoscitiva sunt, quae ex speciebus primo conceptis alias formare possunt. Sicut imaginatio ex praesceptis speciebus motis & auribus format species aurei: & intellectus ex praesceptis speciebus generis, & differentiae format rationem speciei, & similiter ex similitudine imaginis formare possunt in nobis similitudinem eius, cuius est imago. Et sic Paulus vel quocumque alius videns Deum, ex ipsa visione essentiae diuinam potest formare in se similitudines rerum, quae in essentia diuina videntur. Quae remanerunt in Paulo etiam postquam desijt Dei essentiam videre. Ista tamen visio, qua videntur res per homini species sic conceptas, est alia a visione, qua videtur res in Deo.

ARTICVLVS X. Vtrum videtur Deum per essentiam simul videant omnia, quae in ipso videntur.

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur, quod videntes Deum per essentiam non simul videant omnia, quae in ipso videntur. Quia secundum Philosophum contingit multa scire, intelligere verum vniuersum. Sed ea, quae videntur in Deo, intelliguntur. Intellectus enim videns Deum. Ergo non contingit a videntibus Deum simul multa videri in Deo.

2. Præterea, Augustinus dicit octavo super Genes. ad litteram, quod Deus mouet creaturam spirituales per spiritus, hoc est per intelligentiam & affectionem. Sed creatura spiritalis est Angelus qui Deum videt. Ergo videntes Deum successiue intelligunt & afficiuntur. tempus enim successionem importat.

Sed contra est, quod Augustinus dicit vltimo de trinitate. Sum. S. Thom. Part. 1.

Non erunt volubiles nostrae cogitationes ab alijs in alia euntes atque redeuntes: sed omnem scientiam nostram vno simul conspectu videbimus.

Respondetur ad dicendum, quod ea, quae videtur in verbo, non successiue, sed simul videtur. Ad cuius euidentiā considerandum est, quod ideo nos simul non possumus multa intelligere: quia multa per diuersas species intelligimus: diuersis autem speciebus non potest intellectus vniuersum simul actu informari ad intelligendum per eas: sicut nec vnum corpus potest simul diuersis figuris figurari. Vnde contingit quod aliqua multa vna specie intelligi possunt, simul intelligantur. Sicut diuersae partes alicuius totius, si singulae proprijs speciebus intelligantur, successiue intelliguntur, & non simul. Si autem oes intelligatur vna specie totius simul intelligantur. Oportet autem, quod ea quae videntur in Deo, non videntur singula per suas similitudines, sed omnia per vnam essentiam Dei. Vnde simul & non successiue videntur.

Ad primum ergo dicendum, quod sic vnum tantum intelligimus, in quantum vna specie intelligimus. Sed multa vna specie in intellectu, simul intelliguntur. Sicut in specie hominis intelligimus animal & rationale: & in specie domus parietem & tectum.

Ad secundum dicendum, quod Angeli quantum ad cognitionem naturalem, qua cognoscunt res per species diuersas eis inditas, non simul omnia cognoscunt. Et sic mouentur secundum intelligentiam per tempus, sed secundum quod vident res in Deo simul eas vident.

ARTICVLVS XI.

Vtrum aliquis in hac vita possit videre Deum per essentiam. AD VNDECIMUM sic proceditur. Videtur, quod aliquis in hac vita possit Deum per essentiam videre. Dicit enim Iacob Genes. 32. Vidi Deum facie ad faciem. Sed videre faciem, est videre per essentiam, ut patet per illud quod dicitur, 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum & in aenigmate: tunc autem facie ad faciem. Ergo Deus in hac vita per essentiam videri potest.

2. Præterea, Numeri duodecimo dicit Dominus de Moyse, Ore ad os loquor ei. Sed qui ore ad os loquitur Deo palam, & non per aenigmata ad figuras, videtur Deum. Sed hoc videtur, Deum per essentiam videre. Ergo aliquis in statu huius vitae potest Deum per essentiam videre.

3. Præterea, Illud, in quo alia omnia cognoscimus & per quod de alijs iudicamus, est nobis secundum se notum. Sed omnia sunt in Deo cognoscimus: dicitur enim Augustinus. duodecimo confes. Si ambo videmus verum esse quod dicitis, & ambo videmus verum esse quod dico: vbi quod illud videmus: Nec ego in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quae supra mentes nostra est incommutabili veritate. Idem est in libro de vera religione dicitur, quod secundum veritatem diuinam de cibus iudicamus. Et duodecimo de tri. dicitur, quod rationis est iudicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales & septernas. Quae nisi supra mentem essent, incommutabiles perfectio non essent. Ergo & in hac vita ipsum Deum videmus.

4. Præterea, secundum Augustinum duodecimo super Genes. ad litteram, Visione intellectuali videtur ea, quae sunt in anima per suam essentiam. Sed visio intellectualis est de rebus intelligibilibus, non per aliquas similitudines sed per suas essentias, ut ipse ibidem dicit. Ergo, cum Deus si per essentiam suam in anima nostra, per essentiam suam videtur a nobis.

Sed contra est quod dicitur Exod. 32. Non videbit me homo & videret. glo. Quando hic mortaliter vinitur, videri per quosdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturam suam speciem non potest.

Respondetur ad dicendum, quod ab homine puro Deum videri per essentiam non potest, nisi ab hac vita mortali separaretur. Cuius ratio est: quia, sicut supra dictum est, modus cognitionis sequitur modum naturae rei cognoscentis. Anima autem nostra quando in hac vita viuimus, habet esse in materia corporali, vnde naturaliter

60) a 80) Loco citato in argumento. 60 a 70 c 424 430 62 4. dist. 49. 2. art. 5. Et uerique. ar. 4. & 3. cot. cap. 54. & ergo qui vident Deum, omnia vident. 37. * li. 4. dial. cap. 33. in fine & li. scem in omnia in seipso cognoscit. Ergo quocumque videt Deum, videt omnia, quae sunt & quae fieri possunt. cap. 3. 3. de Anima, text. 7 nom. 2.

ca. 7. a medio. 521 288 289 84 art. pced. 76 84 285 296 297 Icorp. art. lib. 5. confesio. c. 4. in principio, to. 4. 63 veri. q. 8. artic. 5.

291 86 ar. pcedentii. 63 65 4. dist. 49. q. 2. ar. 7. & ver. 96. io. art. 11. & qu. 1. q. 1. art. 1. & 3. contra cap. 45. 12. Confes. ca. 25. parum a medio. to. 1. Ca. 31. per totum habetur. to. 1. 12. de Tr. ca. 2. circa finem to. 3. 397 12. sup. G. cap. 25. & pcedentibus. tom. 3.

Art. 4. huiusmodi cognitionis sequitur modum naturae rei cognoscentis. Anima autem nostra quando in hac vita viuimus, habet esse in materia corporali, vnde naturaliter

non cognoscitur aliqua nisi quae habet formam in materia: vel quae per huiusmodi cognosci possunt. Manifestum est autem quod per naturas rerum materialium diuina essentia cognosci non potest. Ostensum est enim supra, quod cognitio Dei per quaecumque similitudinem creatam non est visio essentiae ipsius, Vnde impossibile est autem hominis scire hanc vitam viventis essentiam Dei videre. Et huius visio est, quod anima nostra quanto magis a corporalibus abstrahitur, tanto intelligibilius abstrahitur fit capax. Vnde in somnijs & alienationibus a sensibus corporis magis diuina reuelationis percipiuntur, & visiones futurorum. Quod ergo anima eleuetur vsque ad supremum intelligibilius, quod est essentia diuina, esse non potest quando in hac mortali vita vitat.

AD PRIMVM ergo dicendum quod secundum Dionysium quarto capite celestium hierarchiarum sic in scripturis dicitur aliquis non vidisse in quantum formata sunt aliqua figura, vel sensibiles, vel imaginariae, sed aliquam similitudinem aliquod diuinum representantes. Quod ergo dicitur Iacob, Vidi Deum facie ad faciem: referentur non ad ipsam diuinam essentiam, sed ad figuram, in qua representatur Deus. Et hoc ipsum ad quandam prophetiam eminentiam pertinet, ut videatur persona Dei loquens, vel loquens deus, licet imaginaria visione, ut in supra patebit, cum de gradibus prophetiae loquimur. Vnde hoc dicit Iacob ad designandam quandam eminentiam intelligibilem contemplationis supra communem statum.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Deus miraculose aliquid supernaturaliter in rebus corporeis operatur, ita et supernaturaliter & praeter communem ordinem mentes aliquorum in hac carne viuentium, sed non sensibus carnis vitentium, vsque ad visionem suae essentiae eleuauit, ut dicit Augustinus duodecimo super Genesim ad litteram. & in libro de videndo Deum, de Moyse quod fuit magister Iudaeorum, & Paulo, quod fuit magister Gentium, et de hoc plenius tractabitur, cum de raptu eius agemus.

AD TERTIVM dicendum, quod omnia dicimur in Deo videre, & in ipsum de omnibus iudicare, in quantum per participationem sui luminis omnia cognoscimus & iudicamus. Nam & ipsum lumen naturale rationis participatio quaedam est diuini luminis, sicut etiam omnia sensibilia dicimus videre & iudicare in Sole, id est, in lumine solis. Vnde dicit Augustinus primo soliloquiorum, disciplinae spectamina videri non possunt: nisi aliquo velut suo sole illustrantur, videlicet deo. Sicut ergo ad videndum aliquid sensibilibus non est necesse quod videatur substantia solis, ita ad videndum aliquid intelligibilium non est necessarium quod videatur essentia Dei.

AD QVARTVM dicendum, quod visio intellectualis est eorum, quae sunt in anima per suam essentiam, sicut intelligibilia in intellectu. Sic autem deus est in anima beatorum, non autem in anima nostra, sed per praesentiam, essentiam, & potentiam eius.

ARTICVLVS XII.
Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus.

AD DODECIMUM sic proceditur. Videtur quod per naturalem rationem Deum in hac vita cognoscere non possimus. Dicit enim Boetius in libro de finibus philosophiae, quod ratio non capit simpliciter formam: Deum autem quod maximum est simplex forma, ut supra ostensum est. Ergo ad eius cognitionem ratio naturalis peruenire non potest. Præterea, Ratione naturali hinc fantasmatice nihil intelligitur, ut dicitur in tertio de anima, Sed Dei, cum mens, & res sit incorporea, fantasma in nobis esse non potest. Ergo cognosci non potest a nobis cognitione naturali.

Præterea, Cognitio, quae est per rationem naturalem, cois est bonis & malis, sicut natura eis cois est: inquit, c. 2. sed cognitio Dei competit tantum bonis. Dicit enim Augustinus primo de trinitate, quod mens humanae acies in tam excellenti luce non figuratur: nisi per in-

stantiam fidei emundeatur. Ergo deus per rationem naturalem cognosci non potest.

SED CONTRA est quod dicitur Rom. 1. Quod notum est Dei, manifestum est in illis, id est, quod cognoscibile est de Deo per rationem naturalem.

RESPONDEO dicendum, quod naturalis nostra cognitio a sensu principium sumit. Vnde tantum sensus naturalis cognitio extendere potest, in quantum manuduci potest per sensibiles. Ex sensibilibus autem non potest vsque ad hoc intellectus nosse pertingere, quod diuinam essentiam videat: quia creaturae sensibiles sunt effectus Dei virtutem causa non adaequantur. Vnde ex sensibilibus cognitione non potest tota Dei virtus cognosci: & per consequens nec eius essentia videri. Sed quia sunt eius effectus a causa dependentes ex eis in hoc perducimus, ut cognoscamus de Deo an est: & ut cognoscamus de ipso ea, quae necesse est ei conuenire, secundum quod est prima omnium causa, excedens omnia sua causata. Vnde cognoscimus de ipso habitudinem ipsius ad creaturas; quod scilicet omnium est causa: & differentiam creaturarum ab ipso, quod scilicet ipse non est aliquid eorum, quae ab eo causantur: & quod haec non remouentur ab eo propter eius defectum, sed quia superexcedit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio ad formam simplicem peruenire non potest, ut sciat de ea quid est, potest tamen de ea cognoscere, ut sciat an est.

AD SECUNDVM dicendum, quod deus naturali cognitione cognoscitur per fantasmatice effectus sui.

AD TERTIVM dicendum, quod cognitio Dei per essentiam, cum sit per gratiam non competit nisi bonis. sed cognitio eius quae est per rationem naturalem potest competere bonis & malis. Vnde dicit Augustinus in libro retractationum: Non approbo quod in oratione dixi, Deus, qui non nisi mundos verum scire voluisti, responderi enim potest multis etiam non mundos multa scire vera, scilicet per rationem naturalem.

ARTICVLVS XIII.
Vtrum per gratiam habeatur cognitio Dei, quam ea, quae habetur per rationem naturalem.

AD DODECIMUM sic proceditur. Videtur, quod per gratiam non habeatur cognitio Dei, quam ea, quae habetur per naturalem rationem. Dicit enim Dionysius in libro de mystica theologia, quod ille, qui melius vnitur Deo in hac vita, vnitur ei sicut omnino ignoto. Quod etiam de moyse dicit: Qui tamen excellentiam quandam obtinuit in gratia cognitione. Sed coniungi Deo, ignorando de eo quid est, hoc contingit etiam per rationem naturalem. Ergo per gratiam non plenius cognoscitur a nobis deus quam per rationem naturalem.

Præterea, Per rationem naturalem in cognitionem diuinorum peruenire non possumus nisi per fantasmatice, sic et nec per cognitionem gratiae. Dicit enim Dionysius primo ca. caelestium hierarchiarum, quod impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, nisi veritate sacrorum velaminum circumelatum. ergo per gratiam non plenius cognoscimus Deum, quam per rationem naturalem.

Præterea, in intellectus nosse per gratiam fidei Deo adhæret. Fides autem non videtur esse cognitio. Dicit enim Gregorius in homilia, quod ea, quae non videntur, fidem habent & non agnitionem. Ergo per gratiam non addit nobis aliqua excellentior cognitio de Deo.

SED CONTRA est quod dicit Apostolus I. Cor. 2. Nobis reuelauit deus per spiritum suum illa, scilicet quae nemo principum huius seculi nouit, id est, philosophorum: ut exponit glossa.

RESPONDEO dicendum, quod per gratiam perfectior cognitio de Deo habetur a nobis quam per rationem naturalem. Quod sic patet. Cognitio enim, quam per na-

per naturalem rationem habemus, duo requiritur: fantasmatice & sensibilibus accepta, & lumen naturale intelligibile: cuius virtutes intelligibiles conceptiones ab eis abstrahimus.

Et quantum ad vtrumque; inuatur humana cognitio per relationem gratiae. Nam & lumen naturale in intellectu format per infusionem luminis gratuiti: & in interdum est fantasmatice in imaginatione huius format diuini magis exprimitur res diuinas, quae ea, quae naturaliter sensibilibus accipiuntur, sicut apparet in visionibus prophetialibus. Et interdum est aliquid res sensibiles format diuini, aut est voces ad aliquid diuini exprimentum, sicut in baptismo visus est spiritus sanctus in specie colubae: & vox Patris audita est, Hic est filius meus dilectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet per reuelationem gratiam in hac vita non cognoscatur de Deo, quid est, & sic ei quod ignota coniungamur: tamen plenius ipsum cognoscimus in quantum plures & excellentiores effectus eius nobis demonstrant, & in quantum ei aliqua tribuimus ex reuelatione diuina, ad quae ratio naturalis non pergit, ut Deum esse trinum & vnum.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex fantasmatibus vel a sensu acceptis secundum naturalem ordinem, vel diuinitus in imaginatione formatis tanto excellentior cognitio in intellectu habetur, quanto lumen in intelligibile in huius fortiter fuerit. Et sic per reuelationem ex fantasmatibus plenius cognitio accipitur ex infusione diuini luminis.

AD TERTIVM dicendum, quod fides cognitio quaedam est, in quantum intellectus determinat per fidem ad aliquid cognoscibile. Sed haec determinatio ad vnum non perdit ex visione credentis, sed a visione eius, cui credit. Et sic in quantum deest visio deficit a ratione cognitionis, quae est in scientia. Nam scientia determinat intellectum ad vnum per visionem & intellectum primorum principiorum.

QVAESTIO XIII.
De nominibus Dei, in duodecim articulis diuisa.

CONSIDERATIS his, quae ad diuinam perfectionem pertinent, procedendum est ad considerationem diuinorum nominum. Vnumquodque enim nomen naturae a nobis secundum quod ipsum cognoscimus.

Primo, vtrum deus sit nomen ab eis a nobis. Secundo, vtrum aliqua nomina dicta de Deo dicantur de ipso substantialiter.

Tertio, vtrum aliqua nomina dicta de Deo proprie dicantur de ipso: an omnia a tribuantur ei metaphoricè.

Quarto, vtrum multa nomina dicta de Deo sint synonyma.

Quinto, vtrum nomina aliqua dicantur de Deo & creaturis vniuocè, vel æquiuocè.

Sexto, supposito quod dicantur analogicè, vtrum dicantur de Deo per prius vel de creaturis.

Septimo, vtrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore.

Octauo, vtrum hoc nomen, Deus, sit nomen naturae, vel operationis.

Nono, vtrum hoc nomen, Deus, sit nomen conicabile.

Decimo, vtrum accipiat vniuocè vel æquiuocè secundum quod significat Deum per naturam, & per participationem & secundum opinionem.

Vndecimo, vtrum hoc nomen, Qui est, sit maxime proprium nomen Dei.

Dodecimo, vtrum propositiones affirmatiuae possint formari de Deo.

ARTICVLVS PRIMVS.
Vtrum aliquod nomen Deo conueniat.

AD PRIMVM sic procedit. Vtrum nullum nomen Deo conueniat. Dicitur in Dionysio primo capitulo de diuinis nominibus, quod neque nomen eius est, neque opinio. Et Proclus dicitur, quod nomen eius & quod nomen filij eius si nostri.

Præterea, Omne nomen aut dicitur in abstracto, aut in concreto: sed nota significantia in concreto non conueniunt Deo, cum simplex sit: neque nota significantia in abstracto, quia non significant aliquid persistenti subsistens. Ergo nullum nomen potest dici de Deo.

Præterea, Nomina significantia substantiam cum qualitate; verba autem & participia significantia cum tempore: pronomina autem cum demonstratione, vel relatione. Quorum nihil competit Deo: quia sine qualitate est, & sine omni accidente, & sine tempore, & sensum non potest, ut demonstrari possit, nec relatione significantia: cum relatiua sint aliorum antecedentium recordatiua, vel nominum, vel participiorum, vel pronominum demonstratiuorum. Ergo deus nullo modo potest nominari a nobis.

SED CONTRA est quod dicitur Exodus 15. Quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.

RESPONDEO dicendum, quod secundum philosophum voces sunt signa intellectuum, & in intellectu sunt res similitudines. Et sic patet, quod voces referuntur ad res significantes mediante conceptione in intellectu. Secundum igitur quod aliquid a nobis intellectu cognosci potest, sic a nobis potest notari: ostensum est autem, quod deus in hac vita non potest a nobis videri per suam essentiam, sed cognoscitur a nobis ex creaturis secundum habitudinem principij, & per modum excellentiae & remotionis eius. Sic igitur potest nominari a nobis ex creaturis. Non tamen ita quod nomen significans ipsum exprimat diuinam essentiam secundum quod est. Sicut hoc nomen, homo, exprimit sua significatione essentiam hominis secundum quod est: significat enim eius definitionem declarantem eius essentiam. Ratio enim quam significat nomen, est definitio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ea ratione dicitur deus non habere nomen, vel esse supra nominationem, quia essentia eius est supra id, quod de Deo intelligimus & voce significamus.

AD SECUNDVM dicendum, quod quia ex creaturis in Dei cognitionem venimus, & ex ipsis eum nominamus: nomina, quae deo attribuiuntur hoc modo significant, in quod competit creaturis materialibus: quorum cognitio est nobis conaturalis, ut supra dictum est. Et quia in huiusmodi creaturis ea, quae sunt perfecta & substantia sunt composita: forma autem in eis non est aliquid completum subsistens, sed magis quod aliquid est: inde est quod omnia nomina a nobis imposita ad significantum aliquid completum subsistens significant in concretionem, prout compositis. Quae autem imponuntur ad significantes formas simplices, significant aliquid non subsistens, sed ut quo aliquid est: sicut albedo significat, ut quo aliquid est albus. Quia igitur & deus simplex est, & subsistens est, attribuiuntur ei nota simplicia & nota abstracta ad significantia simplicitate eius, & nomina concreta ad significantia substantiam & perfectionem ipsius: quamuis vtraque nomina deficient a modo ipsius: sicut in intellectu nosse non cognoscitur eum, ut est secundum hanc vitam.

AD TERTIVM dicendum, quod significare substantiam cum qualitate, est significare suppositum cum natura, vel forma determinata in qua subsistit. Vnde sicut de Deo dicuntur aliqua in concretionem ad significantia substantia & perfectionem ipsius; sicut iam dictum est, ita dicunt de Deo nota significantia substantiam cum qualitate. Verba verò & participia connotatiua ipsi dicunt de ipso, ex eo quod aeternitas includit omnem tempus. Sicut enim simplicia subsistentia non possumus apprehendere & significare, nisi per modum compositorum, ita simplicia aeternitatem non possumus intelligere vel voce exprimere, nisi per modum temporaliu rerum: & hoc per connaturalitatem intellectus nostri ad res compositas & temporales. Pronomina verò demonstratiua

Li. i. perihem. c. i. tom. i.

Art. ii. q. pcedētis.

66

Q. pced. art. 4.

182

161 70 72

In solutio- ne pcedenti.

Ar. 2. & 9. huius quæst.

b 433

Sec. 2. Q. 174.

12. sup. G. ca. 26. 27. & 28. 10. 3. Epist.

11. 10. 2. 175

2. 2. Q. 175. art. 3. Principie.

1. 1. solilo. c. 8. 1. principio. r. 1.

49 66

Boc. tri. q. 1. art. 2. Et i. di. 3.

q. 1. art. 1. Li. 5. iter

finis philosophiae. 4. conf. q. ratio non capit simpliciter formam: Deum autem quod maximum est simplex forma, ut supra ostensum est. Ergo ad eius cognitionem ratio naturalis peruenire non potest.

Ar. 2. q. 1. de anima. Ergo ad eius cognitionem ratio naturalis peruenire non potest.

Ar. 2. q. 1. de anima. Ergo ad eius cognitionem ratio naturalis peruenire non potest.

Ar. 2. q. 1. de anima. Ergo ad eius cognitionem ratio naturalis peruenire non potest.

Li. i. Retra. ca. 4. to. 1. id dixerat Aug. 1. h. Soliloq. ca. 1. 10. 1.

67 q. 32. ar. 1. Et i. di. 3. q. 1. a. 4. Et veri. q. 10. art. vlt. Et Boet. tri. q. 1. art. 4. Cap. 1. in fine illius.

Ca. 1. circa medium.

Hom. 26. f. Euag. a meo dio illius;

Hier. i. illi locū. 10. 9.

68 i. dist. 22. q. 1. art. 1. Cap. 1. a medio illius.

stratua dicunt de Deo, sicut quod faciunt demonstra- tionem ad id, quod intelligitur, non ad id quod sen- titur. Secundum, quod a nobis intelligitur, sicut hoc sub demonstratione cadit. Et sic sicut illum modum, quo nomina & participia, & pronomina demonstra- tiua de Deo dicuntur, secundum hoc & pronomini- bus & hominibus relatiuis significari potest.

ARTICVLVS II.

Utrum aliquod nomen dicatur de Deo substantialiter.

69

Po. q. 7. ar. 2. & 5. & 1. Et 1. contra cap. 51. Li. 1. or. thodoxi fi dei cap. 4. Cap. 1. a u. mediis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, quod nullum nomen dicatur de Deo substantialiter. Dicit enim Dam. * Oportet singulam eorum, quae de Deo dicuntur, non quid est sicut substantiam significare, sed quod non est ostendere, aut habitudinem quandam, aut aliquid eorum, quae assequuntur naturam, vel operationem. * 2. Praeterea, dicit Dionysius primo capite de diu. no. Oium sanctorum theologorum hymnum inuenies ad beatos thearchiarum processus manifestatiue & laudatiue Dei notationem diuidentem. Et est sensus quod noia, quae in diuinam laudem sancti doctores assumunt, sicut processus ipsius Dei distinguuntur. Sed quod significat processum alicuius rei, nihil significat ad eius essentiam pertinens. Ergo noia dicta de Deo, non dicuntur de ipso substantialiter.

3. Praeterea, secundum hoc nominatur aliquid a nobis sicut quod intelligitur. Sed non intelligitur Deus a nobis in hac vita sicut suam substantiam: ergo nec aliquod nomen impositum a nobis dicitur de Deo secundum suam substantiam.

SED CONTRA est quod dicitur Aug. 7. * de Trin. Deo hoc est esse quod fortem esse, vel sapientiam esse, & si quid de illa simplicitate dixeris, quia eius substantia significatur. Ergo omnia nomina homini significant diuinam substantiam.

RESPONDEO dicendum, quod de nominibus, quae de Deo dicuntur negatiue, vel quae relationem ipsius ad creaturam significant, manifestum est quod substantiam eius nullo modo significant, sed remotionem alicuius ab ipso, vel relationem eius ad alium, vel potius alicuius ad ipsum. Sed de nominibus, quae absolute & affirmatiue de Deo dicuntur, sicut bonus, sapiens, & homini, multipliciter aliquid sunt opinati. Quidam, dixerunt, quod haec noia, licet affirmatiue de Deo dicantur, tamen magis inuenta sunt ad aliquid remouendum a Deo, quam ad aliquid ponendum in ipso. Unde dicunt, quod cum dicimus Deum esse uiuentem, significamus quod Deus non hoc modo est sicut res inanimata, & similiter accipiendum est in alijs, & hoc posuit rabbi Moy. Alij uero dicunt, quod haec noia imposita sunt ad significandum habitudinem eius ad creaturam, ut cum dicimus, Deus est bonus, sit sensus, Deus est causa bonitatis in rebus, & eadem ratio est in alijs. Sed utrumque istorum uel esse inconueniens propterea. Primo quidem, quia sicut neutram harum positionum posset assignari ratio: quare quaedam noia magis de Deo dicerentur quam alia. sicut, n. est causa corporum, sicut est causa bonorum. Unde si nihil aliud significatur, cum dicitur, Deus est bonus, nisi Deus est causa bonorum, poterit sibi dici, quod Deus est corpus, quia est causa corporum. Item per hoc quod dicitur, quod est corpus remouetur, quod non sit ens in potentia ratum sicut materia prima. Secundo, quia sequeretur, quod omnia noia dicta de Deo per posterius dicerentur de ipso. Sicut sanum per posterius dicitur de medicina, eo quod significat hoc tamen quod sit causa sanitatis in animali, quod per prius dicitur de sano. Tertio, quia hoc est intentionem loquentium de Deo. Aliud enim intendunt dicere, cum dicunt Deum uiuentem, quod sit causa uita nostrae: uel quod differat a corporibus inanimatis. Et ideo aliter dicendum est, quod huiusmodi quod nomina significant substantiam diuinam & praedicant de Deo substantialiter, sed deficiunt a reprae-

Lib. 7. de tri. c. 1. & 7. p. totu. Et lib. 8. c. 4. o. 3.

74

sentatione ipsius, quod sit patet. Significat, n. sic nomina Deum, sicut quod intellectus non cognoscit ipsum. Intellectus autem noster cum cognoscit Deum ex creaturis, sic cognoscit ipsum sicut quod creatura ipsum repraesentat. Ostensum est autem supra, quod Deus in se praehabet omnes perfectiones creaturarum, quae si simpliciter & uniuersaliter perfectus. Unde quaelibet creatura in tantum eum repraesentat, & est ei similis, in quantum perfectionem aliquam habet, non tamen ita quod repraesentet eum, sicut aliquid eiusdem speciei, uel generis, sed sicut excellens principium, a cuius forma effectus deficiunt: cuius in aliqualem similitudinem effectus consequuntur: sicut formae corporum in inferioribus repraesentant uirtutes solares. Et hoc est positum est, cum de perfectione diuina agebatur. Sic igitur praedicta noia diuinam substantiam significant, imperfecte tamen, sicut & creaturae imperfectae eum repraesentant. Cum igitur dicitur, Deus est bonus, non est sensus, Deo est causa bonitatis, uel Deo non est malum: sed est sensus, id, quod bonitate diuina, proprie competunt Deo, & magis proprie quam ipsis creaturis: & per prius dicuntur de eo. Quantum uero ad modum significandi, non proprie dicuntur de Deo: habent enim modum significandi, qui creaturis competit.

Q. 3. art. 2.

Q. 3. art. 2. & 3.

Lib. 1. de doctr. Chri. stiana. ca. 32. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Damasc. ideo dicit, quod haec noia non significant quod est Deus, quia a nullo istorum noium exprimitur quid est Deus perfecte, sed unumquodque imperfecte eum significat, sicut & creaturae imperfectae eum repraesentant. AD SECUNDVM dicendum, quod in significatione noium aliud est quibus, a quo imponitur nomen ad significandum, & id, ad quod significandum nomen imponitur. Sicut hoc nomen, lapis, imponitur ab eo quod legitur pedem, non tamen imponitur ad hoc significandum, quod significat ledens pedem, sed ad significandum quaedam speciem corporum, alioquin oledens pedem esset lapis. Sic igitur dicendum est, quod homini diuina noia imponunt quidem a processibus deitatis. Sicut, n. sicut diuersos processus perfectionum creaturae Deum repraesentant, licet imperfecte: ita intellectus non sicut unumquemque processum Deum cognoscit & nominat: sed tamen haec nomina non imponunt ad significandum ipsos processus, ut cum dicitur, Deus est uiuens; sit sensus, ab eo procedit uita: sed ad significandum ipsum rerum principium prout in eo existit uita, licet eminentiori modo quod intelligatur uel significetur.

AD TERTIVM dicendum, quod essentia Dei in hac uita cognoscere non possumus sicut quod in se est, sed cognoscimus eam sicut quod repraesentatur in perfectionibus creaturarum. Et sic nomina a nobis imposita eam significant.

ARTICVLVS III.

Utrum aliquod nomen dicatur de Deo proprie.

70

AD TERTIVM sic proceditur. Vt quod nullum nomen dicatur de Deo proprie. Omnia, n. nomina, quae de Deo dicuntur, sunt a creaturis accepta: ut dictum est. * Sed noia creaturarum metaphoricè dicuntur de Deo, sicut, cum dicitur, Deo est lapis uel leo, uel aliquid homini. Ergo noia dicta de Deo dicuntur metaphoricè.

AD TERTIUM dicendum, quod actus, etiam non semper maneat: semper tamen manet in sua causa, quae est potentia & habitus. Habitus autem, ex quibus conscientia in forma, etiam multi sunt, omnes tamen efficaciam habent ab vno primo principio, scilicet ab habitu primorum principiorum, qui dicitur synderefs. Vnde specialiter hic habitus in terdum conscientiam nominatur, ut supra dictum est.

QV AESTIO LXXX. De Potentijs appetitiuis in communibus in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de potentijs appetitiuis. Et circa hoc consideranda sunt quatuor. Primo, de appetibili in communi. Secundo, de sensualitate. Tertio, de voluntate. Quarto, de libero arbitrio.

Circa primum quatuor sunt duo. Primo, vtrum debeat poni appetitus aliqua specialis potentia animae.

Secundo, vtrum appetitus diuidatur in appetitum sensitivum & intellectivum sicut in potentias diuersas.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum appetitus sit aliqua specialis animae potentia.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt quod appetitus non sit aliqua specialis animae potentia. Ad ea enim, quae sunt communia animatis & inanimatis, non est aliqua potentia animae assignanda. Sed appetere est commune animatis & inanimatis, quia bonum est quod omnia appetunt, ut dicitur in 1. Ethic. Ergo appetitus non est specialis potentia animae.

Præterea, Potentia distinguitur secundum obiecta. Sed idem est quod cognoscimus & appetimus. Ergo vim appetitiuam non oportet esse aliam praeter vim apprehensivam.

Præterea, Comune non distinguitur contra proprium. Sed quilibet potentia animae appetit quoddam particulare appetibile, obiectum suae conuenientiae. Ergo respectu huius obiecti quod est appetibile in communi, non oportet accipi aliquam potentiam ab alijs distinctam quae appetitiua dicitur.

CONTRA est, quod Philosophus in 2. de anima.

distinguit appetituum ab alijs potentijs. Damasc. dicit in 2. lib. distinguit vires appetitiuas a cognitiuis. Si. 2. orth. RESPONDEO dicendum, quod necesse est ponere secundum ca. 22. quendam potentiam animae appetitiuam.

Ad cuius euidentiā considerandum est, quod quilibet formam sequitur aliqua inclinatio. Sicut igitur in sua forma inclinatur in superiores locum, & ad hoc quod genere sibi simile. Forma autem in his, quae cognitionem participant, alio modo inuenitur in his, quae cognitione carent. In his, namque cognitione carent, inuenitur tantummodo forma ad vnum esse, proprium determinans vnumquodque, quod etiam naturale vniuersum quodque est. Hanc igitur formam naturalem sequitur naturalis inclinatio, quae appetitus naturalis vocatur. In habentibus autem cognitionem sic determinatur vnumquodque ad proprium esse naturale per formam naturalem, quae est receptiuum specierum aliarum rerum. Sicut sensus recipit species omnium sensibilium, & intellectus omnium intelligibilium. Et sic ita homines scit omnia quodammodo secundum sensum & intellectum, in quo quodammodo cognitionem habentia ad Dei similitudinem appropinquant, in quo omnia praerexistunt, sicut Dionysius dicit. Sicut igitur formae alio modo existunt in habentibus cognitionem supra modum formarum naturalium, ita oportet quod in eis sit inclinatio supra modum inclinationis naturalis. Quae dicitur appetitus naturalis. Et haec superior inclinatio pertinet ad vim animae appetitiuam, per quam animal appetere potest ea, quae apprehendit, non solum ea ad quae inclinatur ex forma naturali. Sic igitur necesse est ponere aliquam potentiam animae appetitiuam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod appetere inuenitur in habentibus cognitionem supra modum omnem, quo inuenitur in omnibus, ut dictum est. Et ideo oportet ad hoc determinari aliquam potentiam animae.

AD SECUNDUM dicendum, quod id quod apprehenditur & appetitur, est id subiecto, sed differunt ratione. Apprehenditur enim, ut est ens sensibile vel intelligibile, appetitur vero, ut est conueniens aut bonum. Diuersitas autem rationum in obiectis requiritur ad diuersitatem potentiarum, non autem materialis diuersitas.

AD TERTIUM dicendum, quod vnaquaeque potentia animae est quaedam forma, seu natura, & habet naturalem inclinationem in aliquid. Vnde vnaquaeque appetit obiectum sibi conueniens naturali appetitu, supra quod est appetitus animalis consequens apprehensionem quo appetitur aliquid non ea ratione, qua est conueniens ad actum huius, vel illius potentiae, ut patet, visio ad videndum, & auditio ad audiendum, sed quia est conueniens simpliciter animali.

ARTICVLVS II. Vtrum appetitus sensitivus & intellectivus sint diuersae potentiae.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vt quod appetitus sensitivus & intellectivus non sunt diuersae potentiae. Potentia enim non diuersificantur per accidentales differentias, ut supra dictum est. Sed accidit appetibili quod sit apprehensio per sensum, vel intellectum. Ergo appetitus sensitivus & intellectivus non sunt diuersae potentiae.

Præterea, Cognitio intellectiva est vniuersalis, & secundum hoc distinguitur a sensitiva, quae est singularis. Sed ista distinctio non habet locum ex parte appetitus. Chim enim appetitus sit motus ab aia ad res, quae sunt singulae, omnes appetitus videntur esse rei singularis. Ergo ergo appetitus intellectivus dicitur distingui a sensitivo.

Præterea, Sicut sub apprehensiuo ordinatur appetituum, ut inferior potentia, ita & motiuum. Sed non est aliud motiuum in homine consequens intellectum, quam in alijs animalibus consequens sensum. Ergo paritate neque est aliud appetitiuum.

CONTRA est, quod Philosophus in 3. de Anima distinguit duplicem appetitum, & dicit quod appetitus superior mouet inferiorem.

115 89 208 385

In corp. art.

b 399

403

15. art. 30. cor. & q. 21. arti. 4. Et 1. de a. sensitiuus & intellectiuus non sunt diuersae potentiae. nimia lect. 10. col. 5. Et libr. 3. lect. 14. col. 2. * Q. 77. art. 3. & 79. ac

RESPON. 57. tom. 1.

RESPONDEO dicendum, quod necesse est dicere appetitum intellectuum esse aliam potentiam a sensitivo. Potentia enim appetitiva est potentia passiva, quae nata est moveri ab apprehenso. Unde appetibile apprehensum est movens non motum, appetitus autem movens motum, ut dicitur in 3. de anima et 11. Metaph. Passiva autem et mobilitas distinguntur secundum distinctionem activorum et motuorum, quae oportet motuum esse proportionatum mobili, et actuum passivo, et ipsa potentia passiva propria ratione habet ex ordine ad suum actuum. Quia igitur est alterius generis apprehensum per intellectum et apprehensum per sensum, consequens est quod appetitus intellectus sit alia potentia a sensitivo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod appetibili non accidit esse apprehensum per sensum, vel intellectum, sed per se convenit. Nam appetibile non movet appetitum nisi in quantum est apprehensum. Unde differentiae apprehensum sunt per se differentiae appetibilis. Unde potentiae appetitivae distinguuntur secundum differentiam apprehensum, sicut secundum propria obiecta.

AD SECUNDVM dicendum, quod appetitus intellectus, est feratur in res, quae sunt extra animam singulares, fertur tamen in ea secundum aliquam rationem universalem, sicut cum appetit aliquid quia est bonum. Unde Philosophus dicit in sua Rhetorica, quod odium potest esse de aliquo universali, puta cum odio habemus omne latronum genus. Similiter etiam per appetitum intellectum appetere possumus immaterialia bona, quae sensus non apprehendit, sicut scientiam, virtutes, et alia huiusmodi.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicitur in 3. de Anima, opinio universalis non movet nisi median te particulari, et similiter appetitus superior movet median te inferiori. Et ideo non est alia vis motiva consequens intellectum et sensum.

QVAESTIO LXXXI.

De Sensualitate, in tres articulos divisae.

DEINDE considerandum est de sensualitate.

- ¶ Circa quam quaerunt tria.
- ¶ Primo, utrum sensualitas sit vis appetitiva tantum.
- ¶ Secundo, utrum dividatur sensualitas in irascibilem & concupiscibilem, sicut in diversas potentias.
- ¶ Tertio, utrum irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi.

ARTICVLVS PRIMVS.

AD PRIMVM sic proceditur. Vbi, quod sensualitas non solum sit appetitiva, sed et cognitiva. Dicitur enim in Aug. 12. de Trinit. quod sensualis animae motus qui in corporis sensu intenditur, nobis pecoribusque communis est. Sed corporis sensus sub vi cognitiva continetur: ergo sensualitas est vis cognitiva.

¶ 2. Praeterea, Quae cadunt sub vna divisione, videtur esse vnius generis. Sed Aug. in 12. de Trinit. c. diuidit sensualitatem contra rationem superiorem & inferiorem, quae ad cognitionem pertinent. ergo sensualitas etiam est vis cognitiva.

¶ 3. Praeterea, Sensualitas in tentatione hominis tenet locum serpentis. Sed serpens in tentatione primorum parentum se habuit, ut nuntians & proponens peccatum quod est vis cognitiva. ergo sensualitas est vis cognitiva.

SED CONTRA est, quod sensualitas diffinitur esse appetitus rerum ad corpus pertinentium. RESPONDEO dicendum, quod nomen sensualitatis sumptum est a sensuali motu, de quo Aug. loquitur in 12. de Trin. sicut ab actu sumitur nomen potentiae, ut Trinit. ca. 12. & 13. apprehensio est sensitiva consequens. Actus enim apprehensivae virtutis non ita proprie dicitur motus sicut actio appetitus. Nam operatio virtutis apprehensivae perficitur in hoc, quod res apprehensa sunt in apprehendente:

operatio autem virtutis appetitivae perficitur in hoc, quod appetens inclinatur in rem appetibilem. Et ideo operatio apprehensivae virtutis assimilatur, quieti operatio autem virtutis appetitivae vagis assimilatur motui. Unde per sensualem motum intelligitur operatio appetitivae virtutis. Et sic sensualitas est nomen appetitus sensitivi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per hoc quod dicit Aug. quod sensualis animae motus intenditur in corporis sensu, non datur intelligi quod corporis sensus sub sensualitate comprehendatur, sed magis quod motus sensualitatis sit inclinatio quadam ad sensum corporis, dum scilicet appetimus ea, quae per corporis sensus apprehenduntur. Et sic corporis sensus pertinet ad sensualitatem quasi praeambulum.

AD SECUNDVM dicendum, quod sensualitas diuiditur contra rationem superiorem & inferiorem, in quantum concitant in actu motionis; vis enim cognitiva, ad quam pertinet ratio superior & inferior, est motiva sicut et appetitiva, ad quam pertinet sensualitas.

AD TERTIVM dicendum, quod serpens non solum ostendit & proposuit peccatum, sed etiam inclinavit in effectum peccati. Et quantum ad hoc sensualitas per serpentem significatur.

ARTICVLVS II.

Utrum appetitus sensitivus distinguatur in irascibilem & concupiscibilem sicut in potentias diversas.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vbi, quod appetitus sensitivus non distinguatur in irascibilem & concupiscibilem sicut in potentias diversas. Eadem enim potentia animae est vnius contrarietatis, ut visus albi & nigri, ut dicitur in 2. de Anima. Sed conveniens & nocivum sunt contraria. Cum ergo concupiscibilis respiciat conveniens, irascibilis vero nocivum, ut quod eadem potentia animae sit irascibilis & concupiscibilis.

¶ 2. Praeterea, Appetitus sensitivus non est nisi convenientium secundum sensum, sed convenientium secundum sensum est obiectum concupiscibilis. Ergo nullus appetitus sensitivus est concupiscibilis differens.

¶ 3. Praeterea, Odium est in irascibili. Dicitur enim Hieron. super Mat. Possideamus in irascibili odium vitiorum. Sed odium cum contrarietate amoris, est in concupiscibili. Ergo eadem vis est concupiscibilis & irascibilis.

SED CONTRA est, quod Gre. Nicenus & Damasc. ponunt duas vires, irascibilem & concupiscibilem partes appetitus sensitivi.

RESPONDEO dicendum, quod appetitus sensitivus est vna vis in genere, quod sensualitas dicitur, sed diuiditur in duas potentias, quae sunt species appetitus sensitivi, scilicet in irascibilem, & concupiscibilem.

Ad cuius euidentiā considerari oportet, quod in rebus naturalibus corruptibilibus, non solum oportet esse inclinationem ad consequenda convenientia, & refugium da nociva, sed et ad resistendum corruptentibus & contrariis, quod convenientibus impediuntur praebet, & ingerunt nocumta. Sicut ignis habet naturalem inclinationem non solum ut recedat ab inferiori loco, qui sibi non convenit, & redat in locum superiorem sibi convenientem, sed etiam quod resistat corruptentibus & impediuntibus. Quia igitur appetitus sensitivus est inclinatio consequens apprehensionem sensitivam, sicut appetitus naturalis est inclinatio consequens formam naturalem necesse est quod in parte sensitiva sint duae appetitivae potentiae. Vna, per quam anima simpliciter inclinatur ad consequendum ea, quae sunt convenientia secundum sensum, & ad refugium da nociva. Et haec dicitur concupiscibilis; Alia vero, per quam animal resistit impugnantibus quod convenientia impugnat & nocumta inferunt. Et haec vis vocatur irascibilis. Unde dicitur quod eius obiectum est arduum quia, tendit ad hoc quod superet contraria & supereminet eis. Haec autem duae inclinationes non reducuntur in unum principium, quia interdu anima tribus

405

Ver. q. 15, art. 3. cor. & q. 25, art. 2. Et 2. Ethic. 1. 5. col. 2. Et 3. de anima. 1. 14. co. 3. lib. 2. de anima, text. 107. to. 2.

Sup illud Mart. 13. Simile est regnum caelorum semini, tom. 9. ¶ Nicen. 1. 4. c. 9. in princip. ¶ Dam. 11. 2. cap. 12. circa fin.

78. art. 4.

tribus se ingerit contra inclinationem concupiscibilis, ut secundum inclinationem irascibilis impugnet contraria. Unde et passiones irascibilis repugnare videntur passionibus concupiscibilis. Nam concupiscencia accersa minuit iram, & ira accersa minuit concupiscencia, ut in pluribus patet. Et hoc quod irascibilis est quasi propugnatrix & defensoria concupiscibilis dicitur in eadem contra ea, quae impediunt convenientia quae concupiscibilis appetit, & ingerit nociva quae concupiscibilis refugit. Et per hoc omnes passiones irascibilis respiciunt a passionibus concupiscibilis, & eas terminant. Sicut ita nascitur ex illata tristitia, & vindicta iheresit leuitiam terminat. Propter hoc et pugnae animi sunt de concupiscibilibus, sicut de cibis & venereis, ut dicitur in 8. de animalibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vis concupiscibilis est & convenientis & inconuenientis. Sed irascibilis est ad resistendum inconuenienti quod impugnat. AD SECUNDVM dicendum, quod sicut in apprehensivis virtutibus in parte sensitiva est aliqua vis estimativa, sicut est perceptiva eorum, quod sensum non immutat, ut supra dictum est, ita et in appetitu sensitivo est aliqua vis appetens aliquid quod non est convenientis secundum delectationem sensus, sed secundum quod est utile animi ad suam defensionem. Et haec est vis irascibilis.

AD TERTIVM dicendum, quod odium simpliciter pertinet ad concupiscibilem, sed ratione impugnationis, quae odium causatur, potest ad irascibilem pertinere.

ARTICVLVS III.

Utrum irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod irascibilis & concupiscibilis non obediunt rationi. Irascibilis enim & concupiscibilis sunt partes sensualitatis, sed sensualitas non obedit rationi. Unde per serpentem significatur, ut dicitur Aug. 12. de Trinit. Ergo irascibilis & concupiscibilis non obediunt rationi.

¶ 2. Praeterea, Quod obedit alicui non repugnat ei. Sed irascibilis & concupiscibilis repugnat rationi secundum illud Apostoli, ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Ergo irascibilis & concupiscibilis non obediunt rationi.

¶ 3. Praeterea, Sicut rationi parte anima inferior est vis appetitiva, ita et vis sensitiva. Sed sensitiva pars anima non obedit rationi. Non enim audimus nec videmus, quod volumus, ergo similiter neque vires sensitivi appetitus, scilicet irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit, quod obediens & persuadibile rationi diuiditur in concupiscencia & iram. RESPONDEO dicendum, quod irascibilis & concupiscibilis obediunt superiori parti, in qua est intellectus, sicut in hoc, quod dicitur ad voluntatem. Rationi quidem obediunt quantum ad ipsos suos actus. Cuius ratio est, quia appetitus sensitivus in alijs quidem animalibus natus est moveri ab estimativa virtute. Sicut ovis aestimans lupum in hunc, timet. Loco autem estimativa virtus est in homine, sicut supra dictum est, vis cogitativa, quod dicitur a quibusdam rationi particularis, eo quod est collativa in intentione individuali. Unde ab ea natus est moveri in homine appetitus sensitivus. Ipsa autem ratio particularis nata est moveri & dirigi in hominem secundum rationem universalem. Unde in syllogisticis, ex universalibus propositionibus concluduntur conclusiones singulares. Et ideo patet, quod rationi universali imperat appetitus sensitivus, quod distinguitur per concupiscibilem & irascibilem. Et hic appetitus est ei obediens. Et quia deducere universalia principia in conclusiones singulares non est opus simplicis intellectus, sed rationis, ideo irascibilis & concupiscibilis magis dicitur obedire rationi, quam intellectui. Hoc est quod libet experiri potest in seipso. Applicando enim aliquas universales conclusiones mitigat iram aut timor aut aliquid huiusmodi, vel et instigat. Voluntati est subiacet appetitus sens-

406
12. q. 6. 17. art. 7. & q. 50. art. 3. & q. 56. art. 4. Et verit. q. 25. art. 4. * ca. 12. & 13.

12. orth. fidei, c. 12. circa finem.

396

sitivus quantum ad executionem, quod fit per vim motivam. In alijs enim animalibus statim ad appetitum concupiscibilis & irascibilis sequitur motus, sicut ovis timens, lupum statim fugit, quia non est in eis superior appetitus qui repugnet. Sed homo non statim movetur secundum appetitum irascibilem & concupiscibilem, sed expectat imperium voluntatis quod est appetitus superior. In oibus enim potentibus motibus ordinatis secundum motus non movetur, nisi virtute primi moventis. Unde appetitus inferior non sufficit movere nisi appetitus superior consentiat. Et hoc est quod Philosophus dicit in 3. de Anima, quod appetitus superior imperat appetitui inferiori, sicut sphaera superior movet maiorem. Hoc ergo modo irascibilis & concupiscibilis rationi subduntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sensualitas significat per serpentem quantum ad id, quod est proprium sibi ex parte sensitivae partis. Irascibilis autem & concupiscibilis magis nosant sensitivum quam appetitivum ex parte actus, ad quem inducuntur ex ratione, ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 1. Politicorum, est quidem in animi contemplatione & despotici principatu & politico. Anima quidem corpori dicitur despotico principatu, intellectus autem appetitui politico & regali. Dicit enim despoticus principatus quo aliquis principat servis, quod non habent facultatem in aliquo resistendi imperioipientis, quia nihil sui habent. Principatus autem politicus & regalis dicitur, quo aliquis principat liberis, quod est subdantur regimini prudentis, tamen habent aliquid proprium ex quo possunt reniti imperioipientis imperio. Sic igitur anima dicitur corpori despotico principatu, quia corporis membra in nullo resistere possunt imperio animae, sed statim ad appetitum animae movetur manus & pes, & quilibet membrum, quod natum est moveri voluntario motu. Intellectus autem seu ratio dicitur principari irascibili & concupiscibili politico principatu, quia appetitus sensitivus habet aliquid proprium: unde potest reniti imperio roanis. Natus est enim moveri appetitus sensitivus, non solum ab estimativa in alijs animalibus, & cogitativa in homine, quod dirigit universalem rationem, sed et ab imaginativa & sensu. Unde experimur irascibilem vel concupiscibilem rationi repugnare, per hoc quod sentimus imaginamur aliquid electabile, quod non verat, vel triste quod ratio percipit. Et sic per hoc quod irascibilis & concupiscibilis in aliquo rationi repugnat non excludit quod ei obediunt.

AD TERTIVM dicendum, quod sensus exteriores indiget ad suos actus exterioribus sensibilibus, quibus immutent, quorum presentia non est in parte rationis. Sed vires interiores tam appetitivae quam apprehensivae non indigent exterioribus rebus. Et ideo subduntur imperio rationis, quod potest non solum instigare vel mitigare affectus appetitivae virtutis, sed etiam formare imaginativae virtutis phantasma.

QVAESTIO LXXXII.

De Voluntate, in quinque articulos divisae.

DEINDE considerandum est de voluntate.

- ¶ Circa quam quaerunt quinque.
- ¶ Primo, utrum voluntas aliquid ex necessitate appetat.
- ¶ Secundo, utrum omnia ex necessitate appetat.
- ¶ Tertio, utrum sit eminentior potentia quam intellectus.
- ¶ Quarto, utrum voluntas moveatur in intellectu.
- ¶ Quinto, utrum voluntas distinguatur per irascibilem & concupiscibilem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum voluntas aliquid ex necessitate appetat.

AD PRIMVM sic procedit. Vbi, quod voluntas nihil ex necessitate appetat. Dicit enim Augustinus, in quo non videtur de Civitate Dei, quod si aliquid est necessarium, non est voluntarium. Sed omne quod voluntas appetit, est voluntarium. Ergo nihil quod voluntas appetit, est necessarium desideratum. Praeterea, Partes rationales secundum Philosophum se habent ad opposita, sed voluntas est potentia

400

Art. 1. & 2. huius q. 1. 1. 1. poli. ca. 3. post medium, to. 5.

407

12. q. 6. 10. ar. 1. & q. 80. art. x. cor. & ver. q. 6. 22. ar. 6. Et ma. q. 6. 6. art. 11. 5. cap. 10. tom. 5. ¶ Arist. 1. 1. 9. meta. tex. 3. tom. 3. ratio.

rationalis, quia ut dicitur in 3. de anima. Voluntas in ratione est. Ergo voluntas se habet ad opposita. Ad nihil ergo de necessitate determinatur.

3 Præterea, Secundum voluntatem sumus domini nostrorum actuum. Sed eius quod ex necessitate est, non sumus domini. Ergo actus voluntatis non potest de necessitate esse.

SED CONTRA est qd Aug. dicit in 13. de Trin. qd beatitudinis bonis vna voluntate appetunt. Si autem non esset necessarium, sed contingens, desiceret ad minus in paucioribus: ergo voluntas ex necessitate aliquid vult.

RESPONDEO dicendum, qd necessitas dicitur multipliciter. Necessitas enim non potest esse, quod quidem convenit alicui vno modo ex principio in utinisco, sicut materialiter sicut est dicitur, quod est compositum ex contrariis necesse est componi: sive formaliter, sicut cum dicitur, quod necessitas trianguli habere tres angulos æquales duobus, estis. Et hæc est necessitas naturalis & absoluta. Alio modo convenit alicui quod non potest non esse ex aliquo extrinseco, vel sine agente. Sine quidem, sicut cum aliquis non potest sine hoc consentire aut bene consequi sine aliquo, ut cibum de necessitate ad vitam, & equum ad iter. & hæc vocatur necessitas finis, quod interdum etiam vtilitas dicitur. Ex agente autem hoc alicui convenit. Sicut cum aliquis cogit ab aliquo agere, ita quod non possit contrarij agere. & hæc vocatur necessitas coactionis. Hęc igitur coactionis necessitas omnino repugnat voluntati. Nihil hoc dicimus esse violentum, quod est inclinatio rei. Ipse autem motus voluntatis est inclinatio quodammodo in aliquid. Et ideo sicut dicitur aliquid naturale, quod est in inclinatione naturæ, ita dicitur aliquid voluntarium, quod est in inclinatione voluntatis. Sicut ergo impossibile est quod aliquid simul sit violentum & naturale: ita impossibile est, quod aliquid simpliciter sit coactum sine violento & voluntarium. Necessitas autem finis, non repugnat voluntati quando ad finem non potest perire nisi vno modo. Sicut ex voluntate transcendendi mare sit necessitas in voluntate, ut velit nauem. Similiter etiam nec necessitas naturalis repugnat voluntati, quia in modo necesse est quod sicut intelletus ex necessitate inhæret primis principijs, ita voluntas ex necessitate inhæret ultimo fini, quod est beatitudo. Finis, enim se habet operatiuis sicut principium in speculatiuis, ut dicitur in 2. physice. Oportet enim, quod illud, quod naturaliter alicui convenit & immobiliter, sit fundamentum & principium omnium aliorum: quia natura rei est primum in vnoquoque, & omnis motus procedit ab aliquo immobili.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod verbum Augustini est intelligendum de necessario necessitate coactionis. Necessitas autem naturalis non aufert libertatem voluntatis, ut ipsemet in eodem libro dicit.

AD SECUNDUM dicendum, quod voluntas secundum quod aliquid naturaliter vult, magis respondet intelletui naturalium principiorum quam rationi, quæ ad opposita se habet. Vnde secundum hoc magis est intellectualis quam rationalis potestas.

AD TERTIUM dicendum, quod sumus domini nostrorum actuum secundum quod possumus hoc vel illud eligere. Electio autem non est de fine, sed de his quæ sunt ad finem, ut dicitur in 3. Ethic. Vnde appetitus ultimi finis non est de his quorum domini sumus.

ARTICVLVS II. Virtus voluntas ex necessitate omnia velit quæcumque vult. AD SECUNDUM sic proceditur. Vt quod voluntas ex necessitate omnia velit quæcumque vult. Dicit enim Dionysius 4. cap. de diu. nom. quod malum est præter voluntatem. Ex necessitate ergo voluntas tendit in bonum sibi propositum.

2 Præterea, Obiectum voluntatis comparatur ad ipsum sicut motus ad mobile. Sed motus mobilis necessario consequitur ex mouente. Ergo vult quod obiectum

voluntatis ex necessitate moueat ipsam. 3 Præterea, Sicut apprehensum secundum sensum est obiectum appetitus sensitui, ita apprehensum secundum intellectum est obiectum appetitus intellectus, quod dicitur voluntas. Sed apprehensum secundum sensum ex necessitate mouet appetitum sensituum. Dicit enim Augustinus super Genesim ad litteram, quod animalia mouentur visis. Ergo vult quod apprehensum secundum intellectum ex necessitate moueat voluntatem.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit, quod voluntas est quia peccatur & recte viuatur. Et sic se habet ad opposita. Non ergo ex necessitate vult quæcumque vult. RESPONDEO dicendum, quod voluntas, non ex necessitate vult quæcumque vult.

AD cuius evidentiam considerandum est, quod sicut intelletus naturaliter ex necessitate inhæret primis principijs, ita voluntas ultimo fini, ut iam dictum est. Sunt autem quedam intelligibilia, quæ non habent necessariam connexionem ad prima principia. Sicut contingentes propositiones, ad quarum remotionem non sequitur remotio primorum principiorum. Et talibus non ex necessitate assentit intelletus. Quædam autem propositiones sunt necessariæ, quæ habent connexionem necessariam cum primis principijs. Sicut conclusiones demonstrabiles, ad quarum remotionem sequitur remotio primorum principiorum. Et his intelletus ex necessitate assentit cognita connexionem necessariam conclusionum ad principia per demonstrationis deductionem. Non autem ex necessitate assentit antequam homo necessitatem connexionis per demonstrationem cognoscat. Sicut etiam ex parte voluntatis. Sunt enim quedam particularia bona, quæ non habent necessariam connexionem ad beatitudinem, quæ sine his potest aliquis esse beatus, & homo voluntas non de necessitate inhæret. Sunt autem quedam habentia necessariam connexionem ad beatitudinem, quibus, si homo Deo inhæret: in quo solo vera beatitudo consistit. Sed in antequam per certitudinem diuinæ visionis necessitas homo connexionem demonstrat, voluntas non ex necessitate Deo inhæret, nec his, quæ Dei sunt. Sed voluntas videtur Deum per essentiam de necessitate inhæret Deo, sicut nunc ex necessitate volumus esse beati. Pater ergo, quod voluntas non ex necessitate vult quæcumque vult.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod voluntas nihil potest tedere nisi sub ratione boni. Sed quod bonum est multiplex, quod hoc non ex necessitate determinat ad vnum.

AD SECUNDUM dicendum, quod mouens tunc ex necessitate causat motum in mobili quod potestas mouentis excedit mobile, ita quod tota eius possibilitas mouenti subdatur. Cum autem possibilitas voluntatis sit respectu boni vniuersalis & perfecti, non subijcitur eius possibilitas tota alicui particulari bono. Et ideo non ex necessitate mouetur ab illo.

AD TERTIUM dicendum, quod vis sensitua non est vis collatiua diuersorum, sicut ratio, sed simpliciter aliquid vnum apprehendit. Et ideo secundum illud vnum determinat mouere appetitum sensituum. Sed ratio est collatiua plurium. Et ideo ex pluribus moueri potest appetitus in tellectiuus, scilicet voluntas, & non ex vno ex necessitate.

ARTICVLVS III. Virtus voluntas sit altior potentia quam intelletus. AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod voluntas sit altior potentia quam intelletus. Bonum enim & finis est obiectum voluntatis. Sed finis est prima & altissima causarum. Ergo voluntas est prima & altissima potentiarum.

2 Præterea, Res naturales inveniuntur procedere de imperfectis ad perfectas. Et hoc etiam in potentijs animæ apparet. Procedit enim de sensu ad intelletum qui est nobilior. Sed naturalis processus est de actu in tellectum in actum voluntatis. Ergo voluntas est perfectior & nobilior potentia quam intelletus.

3 Præ-

3 Præterea, Habitus sunt proportionati potētij, sicut perfectiones perfectibilibus. Sed habitus, quo potest fieri voluntas, scilicet caritas, est nobilior habitibus quibus perficitur intelletus. Dicit enim 1. ad Corin. 13. Si nouerim mysteria omnia, et si habuerim omnem fidem, charitatem autem non habeam nihil sum. Ergo voluntas est altior potentia quam intelletus.

SED CONTRA est, quod Philosophus in 10. Ethicorum ponit altissimam potentiam animæ esse intelletum.

RESPONDEO dicendum, quod eminentia alicuius ad alterum potest ad idem dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo secundum quid. Consideratur autem aliquid tale simpliciter, prout est secundum se ipsum tale: secundum quod autem prout dicitur secundum respectum ad alterum. Si ergo intelletus & voluntas considerentur secundum se, sic intelletus eminentior inuenitur. Et hoc apparet ex comparatione obiectorum adiutorum. Obiectum enim intelletus est simplicius & magis absolutum quam obiectum voluntatis. Nam obiectum intelletus est ipsa ratio boni appetibilis. Bonum autem appetibile, cuius ratio est in intelletu, est obiectum voluntatis. Quanto autem aliquid est simplicius & abstractius, tanto secundum se est nobilior & altius. Et ideo obiectum intelletus est altius quam obiectum voluntatis. Cum ergo propria ratio potentia sit secundum ordinem ad obiectum, sequitur quod secundum se simpliciter intelletus sit altior & nobilior voluntate. Secundum quid autem & per comparationem ad alterum, voluntas inuenitur inter se altior intelletu, ex eo scilicet quod obiectum voluntatis in altiori re inuenitur quam obiectum intelletus. Sicut si dicere audire esse secundum quod nobilior est visu, in quantum res aliqua, cuius est sonus nobilior, & aliqua re cuius est color, quamuis color sit nobilior, & simplicior sonus. Vt enim supra dictum est, actio intelletus consistit in hoc, quod ratio rei intelletus est in intelligere, actus vero voluntatis perficitur ex eo quod voluntas inclinatur ad ipsam rem prout in se est. Et ideo Philosophus dicit in 6. Metaphysicæ quod bonum & malum, quæ sunt obiecta voluntatis, sunt in rebus: verum & tallum, quæ sunt obiecta intelletus, sunt in mente. Quando igitur res, in qua est bonum, est nobilior ipsa anima, in qua est ratio intelletus: per comparationem ad talem rem voluntas est altior intelletu. Quando vero res, in qua est bonum, est infra animam, tunc et in comparatione ad talem rem intelletus est altior voluntate. Vnde melior est amor Dei quam cognitio, e contrario autem melior est cognitio rerum corporalium quam amor eius. Simpliciter tamen intelletus est nobilior quam voluntas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio causæ accipitur secundum comparationem vnius ad alterum: & in tali comparatione ratio boni principalior inuenitur, sed verum dicitur magis absolute, & ipsius boni rationem significat. Vnde & bonum quoddam verum est. Sed rursus & ipsum verum est quoddam bonum secundum quod in tellectu res quædam est & verum finis ipsius. Et inter alios fines iste finis est excellentior sicut intelletus inter alias potētias.

AD SECUNDUM dicendum, quod illud quod est prius generatione & tempore, est imperfectius: quia in vno eodemque potētia tempore præcedit actus, & imperfectio perfectione. Sed illud quod est prius, simpliciter & secundum naturam ordinem est perfectius. Sic enim actus est prior potentia. Et hoc modo in tellectu est prior voluntate, sicut motum mobili, & actum passiuo. Bonum enim intelletum mouet voluntatem.

AD TERTIUM dicendum, quod illa ratio procedit de voluntate secundum comparationem ad id quod supra animam est. Virtus enim charitatis est qua Deum amamus.

ARTICVLVS IIII. Virtus voluntas moueat intelletum. AD QVARTUM sic proceditur. Videtur, quod voluntas non moueat intelletum. Mouens enim est non

bilibus & prius moto, quia mouens est agens. Agens autem est mobilibus patiente, ut Augustinus dicit in 12. super Genesim ad litteram. & Philosophus in 3. de anima. Si igitur intelletus est prior & nobilior voluntate, ut supra dictum est. Ergo voluntas non mouet intelletum.

3 Præterea, Mouens non mouetur a moto, nisi forte per accidens. Sed intelletus mouet voluntatem: quia appetibile apprehensum per intelletum est motum. Ergo intelletus non mouetur a voluntate.

3 Præterea, Nihil velle possumus nisi sit intelletus. Si igitur ad intelligendum mouet voluntas volendo intelligere, oportet quod et illud velle præcedat aliud intelligere: & illud intelligere aliud velle: & sic in finitum, quod est impossibile. Non ergo voluntas mouet intelletum.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit, quod in nobis est percipere quæcumque volumus arte, & non percipere. In nobis autem est aliquid per voluntatem: percipimus autem ad finem artes per intelletum. Voluntas ergo mouet intelletum.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid dicitur mouere dupliciter. vno modo per modum finis, dicitur per finem mouet efficienter. Et hoc modo intelletus mouet voluntatem: quia bonum in tellectum est obiectum voluntatis, & mouet ipsam per finem. Alio modo dicitur aliquid mouere per modum agentis, sicut alterius mouet alterum, & impellit mouet impulsu. Et hoc modo voluntas mouet intelletum, & omnes autem vires, ut Aristoteles dicit in 1. de similitudinibus. Cuius ratio est, quia in omnibus potētij actibus ordinatis, illa potentia, quæ respicit finem vniuersalem, mouet potētias, quæ respiciunt fines particulares. Et hoc apparet tamen in naturalibus, quæ in politicis. Ceterum enim quod agit ad vniuersalem conservationem generabilium & corruptibilium, mouet omnia inferiora corpora, quorum vnumquodque agit ad conservationem propriæ speciei: vel et individui. Rex autem quia intendit bonum commune totius regni, mouet per suum imperium singulos præpositos ciuitatis: qui singulis ciuitatibus curam regiminis impendunt. Obiectum autem voluntatis est bonum & finis in communi. Quælibet autem potentia comparatur ad aliquid bonum proprium sibi conueniens, sicut visus ad perceptionem coloris, intelletus ad cognitionem veri. Et ideo voluntas per modum agentis mouet omnes actus potētias ad suos actus præter vires naturales vegetatiuæ partis, quæ nostro arbitrio non subdunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod intelletus dupliciter considerari potest. Vno modo secundum quod intelletus est apprehensiuus entis & veri vniuersalis. Alio modo secundum quod est quædam res & particularis potentia, habens determinatum actum. Et similiter voluntas dupliciter considerari potest. Vno modo secundum communiam sui obiecti, prout scilicet est appetitiua, boni communis. Alio modo secundum quod est quædam determinata actus potentia habens determinatum actum. Si ergo comparentur intelletus & voluntas secundum rationem communiam obiectorum vniuersalem sic dictum est supra, quod intelletus est simpliciter altior & nobilior voluntate. Si autem consideretur intelletus secundum communiam sui obiecti, & voluntas secundum quod est quædam determinata potentia, sic iterum intelletus est altior & prior voluntate, quia sub ratione entis & veri, quæ apprehendit intelletus, continetur voluntas ipsa & actus eius & obiectum ipsius. Vnde intelletus intelligit voluntatem & actum eius & obiectum ipsius, sicut & alia specialia intellecta, ut lapidum aut lignum, quæ continentur sub ratione entis & veri. Si vero consideretur voluntas secundum communem rationem sui obiecti quod est bonum, in tellectu autem secundum quod est quædam res & potentia specialis, sic sub communi ratione boni continentur, velut quoddam speciale, & intelletus ipse, & ipsius in intelligere, & obiectum eius quod est verum, quorum quodlibet est quoddam speciale bonum.

318
113
*li. 2. Physicæ text.
29. to. 2.
303

libr. 5. de
ciuit. Dei.
cap. 20. in
princip.

li. 3. Ethic.
c. 3. in me
dio. to. 5.

408
Locis sup.
art. 1. cita
tis.
* c. 4. par.
4. no mult.
tū remota
ante finē.

Q. 16. art.
1. & q. 27.
art. 4.
* li. 6. Met.
tex. 8. to. 3.

e
534

a
426
410
1. 2. q. 6. g.
art. 1. & q.
14. art. 1. Et
ver. q. 14.
art. 1. & 2.
Et q. 22.
11. 11.

409

In li. de fi
milit. c. 22.

302

Art. præced.

bonū. Et fm hoc volūtas est altior intellectu, & pōt ipsū mouere. Ex his ergo apparet ratio quare hē potētē a cōtib' iacē se includūt: q̄ intellectus intelligit volūtātē velle, & volūtas vult intellectū intelligere. Et similit' rōne bonū cōtinetur sub veto in quātum est quoddā verum intellectu, & verum cōtinetur sub bono inquantū est quoddā bonū desideratū. AD SECVNDVM dicendum, quōd intellectus alio modo modo voluntatem quam voluntas intellectum, vt iam dictum est.

AD TERTIVM dicēdū, q̄ nō oportet pcedere in infinitū, sed stat in intellectu, sicut i primo. Omnem em volūtātis motū necesse ē q̄ pcedat apprehēsiō, sed nō omnē apprehēsiōne pcedit mor' volūtātis: sed principiū cōsideratū & intelligēdi est aliquod in intellectu principiū altius intellectu nostro: q̄ est Deus, vt est Aristot. dicit in 8. Ethic. Et per hunc modū ostendit quōd non est procedere in infinitū.

ARTICVLVS V.

Verum irascibilis, & concupiscibilis distinguuntur in appetitu superiori.

AD QVINTVM sic pceditur. Videt, q̄ irascibilis & concupiscibilis distinguuntur in appetitu superiori, q̄ ē volūtas. Vis em concupiscibilis dī a concupiscēdo: & irascibilis ab irascēdo. Sed aliqua concupiscētia ē q̄ nō pōt p̄tinere ad appetitū sensitiuū, sed solū ad intellectuū, q̄ ē volūtas: sicut concupiscētia sapiētia, de qua dī Sap. 6. Cōcupiscētia sapiētia p̄ducit ad regnū p̄petuum. Est etiam quādam ira, q̄ nō pōt p̄tinere ad appetitū sensitiuū, sed intellectuū: sicut cū irascimur cōtra vitia. Vñ & Hieron. sup. Matth. monet vt odiū vitiōrū possideam' in irascibilis. Ergo irascibilis & concupiscibilis distinguuntur in appetitu intellectu, sicut i sensitiuo.

Primo, vtrum homo sit liberi arbitrij: Secundo, quid sit liberum arbitrium, vtrum sit potentia vel actus, vel habitus. Tertio, si est potentia, vtrum sit appetitiua, vel cognatiua. Quarto, si est appetitiua, vtrum sit eadem potentia cum voluntate, vel alia.

QVAESTIO LXXXIII.

De Libero arbitrio, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE queritur de libero arbitrio. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo, vtrum homo sit liberi arbitrij: Secundo, quid sit liberum arbitrium, vtrum sit potentia vel actus, vel habitus. Tertio, si est potentia, vtrum sit appetitiua, vel cognatiua. Quarto, si est appetitiua, vtrum sit eadem potentia cum voluntate, vel alia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Verum homo sit liberi arbitrij.

AD PRIMVM sic pcedit. Videt, q̄ homo non sit liberi arbitrij. Quia quod em ē liberi arbitrij, facit qd vult. Sed hō nō facit qd vult. Dī em Rom. 7. Non em quod volo bonum hoc ago, sed quod odit malū, illud facio. Ergo homo nō est liberi arbitrij. Præterea, Quicunq̄ est liberi arbitrij, eius est velle & nō velle, operari & non operari. Sed hoc non est hominis. Dicitur enim ad Rom. 9. Non est volentis scilicet velle, neque currentis scilicet currere. Ergo homo non est liberi arbitrij.

Præterea, Liberum est qd sui causa est: vt dī in 1. Metaph. Quod ergo mouet ab alio, nō ē liberum. Sed Deus mouet voluntatem. Dī em Prou. 21. Cor regis in manu Dei est: & quocunq̄ voluerit vertet illud. Et Philip. 2. Deus est q̄ operatur in nobis velle & perficere. Ergo homo nō liberi arbitrij. Præterea, Quicunq̄ est liberi arbitrij, est dominus suorum actuum: sed homo non est dominus suorum actuum: quia vt dicitur Hier. 10. Non est in homine via eius, nec viri est vt dirigat gressus suos. Ergo homo non est liberi arbitrij.

Præterea, Philosophus dicit in 3. Ethic. Quales vnusquisque est, talis finis videtur ei. Sed nō est in potestate nostra aliquales esse, sed hoc nobis est à natura. Ergo naturale est nobis quōd aliquem finem sequamur. Non ergo ex libero arbitrio.

SED CONTRA est, quōd dicitur. Ecclē. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Gloss. 1. in libertate arbitrij.

RESPONDEO dicendum, quōd homo est liberi arbitrij. Alioquin frustra essent consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia & pœnæ. Ad cuius euidentiā considerandū est q̄ quaedam agunt

b 399 102 a

in corp. a.

411

sup. quef. 59. ar. 4. Et 3. di. 17. a. 1. q. 3. Et veri. q. 25. ar. 3. Et 3. de anima lect. 14. cor. 8.

In Matt. c. 13. sup. 3. di. 17. a. 1. q. 3. Et veri. q. 25. ar. 3. Et 3. de anima lect. 14. cor. 8.

c. 13. ad me. dio. 10. 3.

Q. 77. art. 5. & 8.

lib. 4. de virib' aīæ cap. 9.

Damaſc. in libr. 2. or. lib. 2. & Philosophus dicit in tertio de Anima, q̄ voluntas in ratione est. In irrationali autem parte animæ concupiscētia & ira, vel desiderij & anim'.

RESPONDEO dicendum, q̄ irascibilis & concupiscibilis nō sunt partes intellectuū appetit' q̄ dicitur volūtas. Quia, sicut supra dictū est, potētia, q̄ ordinatur ad aliquod obiectū fm communem rōnē, nō differētiatur p differētiās speciales sub illa rōne cōmuni cōtēntas. Sicut q̄ visus respicit visibile fm rationē colorati, non multiplicatur visus potentia fm diuersas species colorum. Si autē esset aliqua potentia q̄ esset alibi in quātū est albi, & non inquantū est coloratum, differētiaretur à potentia q̄ esset nigri, inquantū est nigri. Appetitus autē sensitiuus nō respicit cōmunē rationem boni: q̄ nec sēsus apprehēdit vniuersale. Et ideo fm diuersas rationes particulariū bonorū differēntiantur partes appetit' sensitiui e. Nā concupiscibilis respicit propri' rationē boni inquantū est delectabile fm sensum & conueniēs naturā. Irascibilis autē respicit rationē boni fm quod est repulsiuum & impugnantium eius quod in fert nocuentum. Sed voluntas respicit bonum sub cōmuni rōne boni e. Et ideo nō differētiatur in ipsa q̄ ē appeti-

330

301

410

301

300

b 361

b 301

Aug. ca. Iulia. cap. 10. 3.

a 384

412

li. 1. Meta. cap. 2. circa mediū, tom. 3.

1. 3. Ethic. cap. 5. post medium, tom. 5.

413

2. di. 24. q. 1. ar. 1. & 2.

Et veri. q. 24. art. 4.

agunt abiq; iudicio. Sicut lapis mouet deorsū: & similit' ob cognitione carentia. Quædā autē agunt iudicio, sed nō libero, sicut aſalia bruta. Iudicat em onis vidēs lupū, eū esse fugiendū naturali iudicio, & nō libero: q̄ nō ex collatione, sed ex naturali instinctu hoc iudicat. Et simile ē de quolibet iudicio brutorū animalium. Sed homo agit iudicio: q̄ p vim cognoscitiuā iudicat aliqd esse fugiendū vel psequēdū: Sed q̄ iudiciū istud nō ē ex naturali instinctu i particulari opabili, sed ex collatione quadam rationis, ideo agit libero iudicio potēs i diuersa ferri. Ratio. n. circa cōtingētia habet viā ad opposita, vt patet i dialecticis syllogismis, & Rhetoricis p̄uaſionib'. Particularia autē opabilia sunt qdā cōtingētia. Et ideo circa ea iudiciū rōnis ad diuersa se habet, & nō ē determinatū ad vnū. Et p̄ tāto necesse est q̄ hō sit liberi arbitrij, ex hoc ipso q̄ rōnalis ē.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ sicut dīctū ē: appetitus sensitiuus, est obediāt rōni in potē in aliquo repugnare concupiscēdo illud qd rō dīctate. Hoc ergo est bonū q̄ homo nō facit cū vult, scilicet nō concupiscere rōnē, vt glo. Aug. ibidē dicit f. AD SECVNDVM dicendum quōd verbum illud Apostoli nō sic ē intelligēdū quasi homo nō velit & nō currat libero arbitrio, q̄ q̄ liberū arbitriū ad hoc non est sufficiens nisi moueat & iuuet à Deo.

TERTIVM dicendum, quōd liberum arbitriū ē causa sui motus: q̄a homo p̄ liberū arbitrium seipsū mouet ad agendū. Non tamē hoc ē de necessitate liberatis, q̄ sit prima causa sui id qd liberū ē: sicut nec ad hoc q̄ aliqd sit cā alterius, regress' q̄ sit prima cā eius. De' igit' ē prima causa mouēs & naturalis causa & volūtaria. Et sit naturalib' cāis mouēdo eas, nō auferit q̄ nō ē arū sint naturales, ita mouēdo causas voluntarias, nō auferit q̄ nō actiōnes earū sint volūtariæ, & sed pot' hoc eis facit operari em in vnoquoque secundū eius proprietatem.

AD QVARTVM dicendum, q̄ dī non esse in homine via ei' quantum ad executiones electiōnū, in quib' homo impediti pōt, velit nolit. Electiōes autē ipsa sunt nobis supposito tamē diuino auxilio.

AD QVINTVM dicendum, q̄ qualitas hoīs est duplex. Vna naturalis, & alia supueniens. Naturalis autē qualitas accipi pōt, vel circa partem intellectuā, vel circa corp' & virtutes corpori annexas. Ex eo igit' q̄ homo ē aliqualis qualitate naturali, q̄ attendit secundū intellectuā partē, naturaliter homo appetit vltimū finē, scilicet beatitudinē. Qui qd ē, appetit' naturalis ē & nō subiacet libero arbitrio, vt ex supradictis patet. Ex parte verō corporis & virtutum corpori annexarū pōt esse homo aliqualis naturali qualitate, fm qd est talis cōplexiōis, vel talis dispositionis ex quacunq; impressione corporarū causarū q̄ nō possunt in intellectuā partē imprimere, eo q̄ nō ē aliquis corporis act' e. Sic igit' qualis vnusquisq; est fm corporeā qualitatē, talis finis videt ei: q̄a ex huiusmodi dispositione homo inclināt ad eligendū aliqd vel repudiandū. Sed ista inclinationes subiacent iudicio rationis cui obedit inferior appetit', vt dīctū ē. Vñ p̄ hac libertati arbitrij nō p̄iudicat. Qualitates autē supuenientes sunt sicut habit' & passiones, fm quas aliqs magis inclināt i vnum q̄ i alterum. Tñ iste ē inclinatio subiacēt iudicio rationis. Et hmoi ē qualitates ei subiacēt inquantum in nobis est: tales qualitates acquirere vel cātere vel diſponitū, vel à nobis excludere. Et sic nihil est quod libertati arbitrij, repugnet.

PRECED. art. 2.

569

Q. 81. ar. 3

413

2. di. 24. q. 1. ar. 1. & 2.

Et veri. q. 24. art. 4.

tiā, sed actum. Ergo liberū arbitriū nō est potētia. Præterea, Liberū arbitriū dī esse facultas voluntatis & rōnis. Facultas autē nominat facultatē potētatis, q̄ qd ē p̄ habitū. Ergo liberum arbitriū est habitus. Ber'. eūā dicit, quōd lib. arbit. est habitus animæ liber sui. Non ergo est potētia. Præterea, Nulla potētia naturalis tollit p̄ peccatū: sed liberū arbitriū tollit p̄ peccatū. Aug. em dicit q̄ homo male vtens libero arbit. & se p̄dit & ipsum. Ergo liberum arbit. non est potētia. SED CONTRA est, q̄ nihil ē subiectū habit', vt vñ nisi potētia. Sed liberū arbitriū ē subiectū grē, quā sibi afficit bonū eligit. Ergo lib. arb. nō ē potētia.

RESPONDEO dicendum, q̄ quamuis liberum arbitrium nominet quēdā actū fm p̄pria significatiōne vocabuli: fm tñ cōem vsum loquēdi, liberum arbitriū dicimus id, qd est huius actus principium, scilicet quo hō liberē iudicat. Principiū autē actus in nobis est & potētia & habit'. Dicimur. n. aliqd cognoscere & p̄ scientiā & p̄ intellectuā potētia, oportet ergo q̄ lib. arbitrium vel sit potētia, vel sit habit', vel sit potētia cū aliquo habitu. Quōd autē nō sit habitus, neque potētia cum habitu, manifestē apparet ex duob'. Primo qd q̄ si est habitus, oportet q̄ sit habit' naturalis. Hoc enim ē naturale homini q̄ sit liberi arbitrij. Null' autē habit' naturalis adest nobis ad ea, q̄ subsunt libero arbit. q̄a ad ea, respectu quorum habem' habit' naturales naturaliter inclinamur: sicut ad assentiēdū primis principijs. Ea at, ad q̄ naturaliter inclinamur, nō subsunt libe. arbit. sicut dīctū ē de appetitu beatitudinis.

Vñ p̄ p̄pria rōnem liberi arbitrij est, q̄ sit habitus naturalis. Cōtra naturalitatem eius est q̄ sit habitus nō naturalis. Et sic relinquī q̄ nullo modo sit habit'. Secūdo hoc apparet: q̄a habit' dicunt scdm quos nos habem' ad passiones, vel ad act' bene vel male, vt dicit in 2. Ethic'. Nā p̄ temperantiā bene nos habem' ad concupiscēntias. Per intempantiā autē male, p̄ sciam etiā bene nos habem' ad actum intellectus, dū verū cognoscimus: p̄ habitū autē cōtrariū male. Liberū autē arbitriū indifferēt se habet ad bñ eligēdū vel male. Vñ impossibile est qd li. berū arbitriū sit habit'. Relinq' ergo q̄ sit potētia.

AD PRIMVM ergo dicēdū q̄ consuetum est potētia significari nomine actus. Et sic p̄ hunc actū, q̄ est liberū iudiciū nominat potētia, quæ est huius actus principij: aliqñ si liberū arbitriū nominaret actum: non semper maneret in homine.

AD SECVNDVM dicēdū, q̄ facultas nominat qñq; p̄tatem expeditā ad opandū. Et sic facultas potētis dīffinitioe liberi arbitrij. Ber. autē accipit habitū nō scdm qd diuidit' potētia: sed scdm q̄ significat habitudinem quādam, qua aliquo modo se aliqs habet ad actū. Quod qd est tā p̄ potētia q̄ p̄ habitū. Nā p̄ potētia homo se habet vt potens opari p̄ habitū aut vt aptus ad opandū bñ vñ male.

AD TERTIVM dicendum, q̄ homo peccando, liberum arbitrium dī p̄didisse, nō q̄ tum ad libertatem naturalem q̄ est a cōactione, sed quātum ad libertatem, q̄ est a culpa & a miseria. De qua j. in tractatu moralium dicitur in scda parte huius operis.

ARTICVLVS III.

Verum liberum arbitrium sit potentia appetitiua.

AD TERTIVM sic pcedit. Vñ, q̄ liberum arbitriū nō sit potētia, appetitiua, sed cognitiua. Et veri. q. Dicit enim Damaſc. q̄ quōd cū rationali consistim' cōmitat' liberū arbitriū. Sed ratio est potētia cognitiua. Ergo liberū arbitrium est potētia cognitiua. Damaſc.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. non esse non hēt causam per se, quia nihil potest esse cā, nisi in quantum est ens. Ens autē, per se loquendo, est cā essendi, sic igitur Deus non potest esse cā tenendi in non esse. Sed hoc habet creaturæ ex seipsa, in quantum est de nihilo. Sed per accidens Deus potest esse cā, q. res in nihilum redigantur, (subtrahendo a tuam actionem a rebus.)

AD SECUNDVM dicendum, q. bonitas Dei est causa rerum, non quasi ex necessitate naturæ (quia diuina bonitas non dependet ex rebus creatis) sed per liberam uoluntatem. Vnde sicut potuit sine præiudicio bonitatis suæ res non producere in esse, ita absque detrimento suæ bonitatis potest res in esse non conseruare.

AD TERTIVM dicendum, quod si Deus rem aliquam redigeret in nihilum, hoc non esset per aliquam actionem, sed per hoc, quod ab agendo cessaret.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

AD QVARTVM sic procedit, Vt, q. aliquid in nihilum redigatur. Finis enim responderi principio. Sed à principio nihil erat, nisi Deus. Ergo ad hunc finem res perducitur, ut nihil sit nisi Deus. Et ita creaturæ in nihilum rediguntur. ¶ 1 Præterea, ois creatura habet potentiam finitam. Sed nulla potentia finita se extendit ad infinitum. Vnde in 8. Phys. * probatur, quod potentia finita non potest mouere tempore infinito. Ergo nulla creatura potest durare in infinitum. Et ita quidōque in nihilū redigetur. ¶ 2 Præterea, forma, & accidentia nō hēt mām partē suā, sed quæque de se finitū esse. Ergo & in nihilū rediguntur. SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 3. Didici, q. omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in æternum. R. ESPONDEO dicendum, q. eorū, q. à Deo sunt, circa creaturā, q. dāam proueniunt fm naturā cursū rerū, q. dā uerō miraculose operatur pter ordinē naturā creaturis inditū, ut infra dicitur. Quæ autē facturus est.

Deus, fm ordinē naturā rebus inditū, cōsiderari pnt ex ipsis rerū naturis. Quæ uerō miraculose sunt, ordinantur ad gratiā manifestationē, fm illud Apoit. 1. ad Cor. 12. Vn cuiq; datur manifestatio spūs ad utilitatem. Et postmodū inter cætera subdit de miraculorū operatione. Creaturā autē naturā hoc demōstrant, ut nulla earū in nihilū redigatur. Quia uel sunt immateriales, & sic in eis nō est potentia ad non esse, uel sunt mālēs, & sic saltē remanēt sēper, fm materiā, q. incorruptibilis est, utpote subiectū existētiæ gñationis, & corruptionis. Redigere ē aliquid in nihilū, nō pntet ad grā manifestationē, cum magis per hoc diuina potentia, & bonitas ordinetur, seu ostendatur, q. res in esse conseruat. Vñ sim pliciter dicēdū est, q. nihil ois in nihilum redigatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. hoc, q. res in esse produxerunt, postquam non fuerant, declarat potentiam producentis, sed q. in nihilum rediguntur, hōi manifestationem impedit, cum Dei potentia in hoc maxime ostendatur, q. res in esse conseruat, fm illud Apoit. 1. ad Heb. 1. Potens omnia uerbo uirtutis suæ.

AD SECUNDVM dicendum, q. potentia creaturæ ad essendū est receptiua tm, sed potentia actiua est ipsius Dei, à quo est influxus eius. Vñ, q. res in infinitū durēt, sequitū infinitatē diuinæ uirtutis. Determinat tñ q. uidā reb' uirtus ad manēdū tpe determinatō, in quantum impedit pntē, ne pceptiū influxū essendi, q. est ab eo, ex aliquo cōtrario agēte, cui finita uirt' nō pnt resistere tpe infinito, sed solū tpe determinatō. Et idē ea, q. nō hēt cōtrariū, quamuis habeant finitā uirtutē, perseverāt in æternum.

AD TERTIVM dicendum, q. forma, & accidentia non sunt entia completa, cum non subsistant, sed quodlibet eorum est aliquid entis. Sic n. ens dicitur, quia eo aliquid est. Et tamen eo modo quo sunt, non omnino in nihilum rediguntur, non quia aliqua pars eorum remanet, sed remanent in potentia materiæ, uel subiecti.

QV AE STIO CV.

De mutatione creaturarū à Deo, in octo artic. diuisa.

DEINDE considerādū est de scō effectu gubernationis diuinæ, qui est mutatio creaturarū. Et primò de mutatione creaturarū à Deo. Secundò, de mutatione unius creaturæ ab alia.

Circa primum quærentur octo.

- 1. Primum, utrum Deus immediatē possit mouere materiam ad formam.
2. Secundū, utrum immediatē possit mouere aliquod corpus.
3. Tertio, utrum possit mouere intellectum.
4. Quarto, utrum possit mouere uoluntatem.
5. Quinto, utrum Deus operetur in omni operante.
6. Sexto, utrum possit aliquid facere præter ordinem rebus inditum.
7. Septimò, utrum oīa, quæ fit Deus facit, sint miracula.
8. Octauò, de diuersitate miraculorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus possit immediatē mouere materiam ad formam.

AD PRIMVM sic proceditur. Vt, q. Deus non possit immediatē mouere materiā ad formā. Sicut n. probat Philol. in 7. Metaph. * Formā in hac materia nihil facere potest, nisi forma, q. est in materia, q. simile facit sibi simile materia. Sed Deus nō est forma in materia. Ergo nō potest cāre formā in materia. ¶ 2 Præterea, si aliquid agēs se hēat ad multa, nullū eorū pducet nisi determinet ad unū q. aliquid aliud, ut n. in 3. de Aīa dī. * uniuersalis opinio non mouet, nisi mediāte aliqua particulari apprehensione. Sed uirtus diuina est uniuersalis cā oīum. Ergo nō potest pducere aliquā particularē formā, nisi mediāte aliquo particulari agente. ¶ 3 Præterea, sicut est cōse dependet: à prima causa uniuersali, ita esse determinatum dependet à determinatis causis particularibus, ut supra habitum est. * Sed

In frā q. 5. 110. art. 2. con. * lib. 7. Metaph. 28. 10. 3. libr. 3. text. 10. 58. 2.

determinatum esse alicuius rei est per propriam eius formam. Ergo propria rerum formæ non produciuntur à Deo, nisi mediāte causis particularibus.

SED CONTRA A est, quod dicitur Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

R. ESPONDEO dicendum, q. Deus immediatē potest mouere materiam ad formam, quia ens in potentia passiuā reduci potest in actū à potentia actiua, quæ eā sub sua p. tē continet. Cum igitur materia contineat sub p. tē diuinā, utpote à Deo producta, potest reduci in actū per diuinā potentiam. Et hoc est moueri materiā ad formā, quia forma nihil est aliud, quam actus materiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. effectus aliquis inuenitur assimilari causa agenti dupliciter. Vno modo fm eandē speciē, ut homo generatur ab hoīe, & ignis ab igne. Alio modo fm virtualē cōiunctiā, prout forma effectus virtualiter continetur in causa. Et sic alia ex putrefactione generata, & planta, & corpora mineralia assimilata soli, & stellis, quorū uirtute generantur. Sic igitur effectus causa agēti similat fm totū illud, ad quod se extendit uirtus agentis. Virtus autē Dei se extendit ad formā, & materiā, ut supra habitū est. Vnde de cōpositū, quod generatur, similatur Deo secundū virtualē cōiunctiā, sicut similatur cōposito generanti p similitudinē speciē. Vnde sicut cōpositum generans, potest mouere materiā ad formā, generādo cōpositum sibi simile, ita & Deus. Non autē alia alia forma nō in materia existens, quia materia non continetur in uirtute alterius substantiæ separata. Et ideo dicitur, q. angelus operatur circa hæc uisibilia, non quidem imprimendo formas, sed adhibendo corporalia semina.

AD SECUNDVM dicendum, q. ratio illa procederet, si Deus ageret ex necessitate naturæ. Sed q. agit p uoluntatē, & intellectū, & qui cognoscit rōnes p. prias oīum formarū, & nō solū uisibiles, inde est, q. potest determinatē hanc, uel illā formam materiæ imprimere.

AD TERTIVM dicendum, hoc ipsum, q. causæ secundæ ordinantur ad determinatos effectus, est illis à Deo. Vnde Deus, quia alias causas ordinat ad determinatos effectus, potest etiam determinatos effectus producere per seipsum, sine quocunque alio.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit immediatē mouere aliquod corpus.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, q. Deus non possit immediatē mouere aliquod corpus. Cum enim mouēs, & motū oportet esse simul, ut probatur in 7. Phys. oportet esse contactū quēdam mouentis, & moti. Sed non potest esse contactus Dei, & corporis alicuius. Dicit enim Dionys. * in 1. cā. de di. no. quod Dei non est aliquis contactus. Ergo Deus non potest immediatē mouere aliquod corpus.

¶ 2 Præterea, Deus est mouens, non motum. Tale autē est appetibile apprehensum. Mouet igitur Deus sicut desideratum, & apprehensum. Sed non apprehenditur, nisi ab intellectu, q. nō est corpus, nec uirtus corporis. Ergo Deus nō potest mouere aliquod corpus immediatē. ¶ 3 Præterea, Philosophus probat in 8. Phys. * q. potentia infinita mouet in infinitū. Sed impossibile est aliquod corpus in instanti moueri, quia cum oīs motus sit inter opposita, sequeret, q. duo opposita simul ineffent eidē, q. est impossibile. Ergo corpus nō potest immediatē moueri à potētia infinita. Potētia autē Dei est infinita, ut supra habitū est. Ergo Deus nō potest immediatē mouere aliquod corpus.

SED CONTRA, Opera sex dierū Deus fecit immediatē, in quibus continetur motus corporū, ut patet per hoc, quod dicitur Gen. 1. Congregentur aquæ in locum unum. Ergo Deus immediatē potest mouere corpus.

R. ESPONDEO dicendum, q. erroneum est dicere Deum non posse facere per seipsum, oīs determinatos effectus, qui sunt per quamcunque causam creatā. Vnde cum corpora moueantur immediatē à causis creatis,

nulli dēt venire in dubiū, quin Deus possit mouere immediatē quocunque corpus. Et hoc quidē cōsequens est ad ea, quæ dīctā sunt. * Non oīs motus corporis cuiuscunque, uel consequit formā aliquā, sicut motus ignis quālibet localis grauiū, & leuiū consequitur formā, quæ datur à generante, rōne cuius generans dī mouens. ¶ vel est via ad formā aliquā, sicut calefactio est via ad formam ignis. Eiusdē autē est imprimere formā, & disponere ad formam, & dare motum consequentem formam. Ignis enim non solū generat alium ignē, sed et calefacit, & sursum mouet. Cum igitur Deus possit immediatē formam materiæ imprimere, cōsequens est, ut possit sequecūque motū corpus quocunque mouere.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. duplex est actus, scilicet corporalis, sicut duo corpora se tangūt, & virtualis, sicut dicitur, q. contritans tangit contritatum. Secundum igitur primum contactum, Deus, cum sit incorporeus, nec tangit, nec tangitur, secundum autem virtuale contactum tangit quidem mouendo creaturam, sed non tangitur, quia nullius creaturæ uirtus naturalis potest ad ipsum pertingere. Et sic intellexit Dionysius, quod non est contactus Dei, ut scilicet tangatur.

AD SECUNDVM dicendum, q. mouet Deus sicut desideratū, & intellectum. Sed non oportet, q. semper moueat, sicut desideratū, & intellectū ab eo, quod mouetur, sed sicut desideratum, & motum à seipso, quia omnia operatur propter suam bonitatem.

AD TERTIVM dicendum, q. Philol. in 8. Phys. * intendit probare, q. uirtus primi motoris non fit uirtus in magnitudine, tali ratione, uirtus primi motoris est uirtus infinita. Quod probat per hoc, q. potest mouere tpe infinito, uirtus autē infinita, si esset in aliqua magnitudine, moueret in non tempore, quod est impossibile. Ergo oportet, q. infinita uirtus primi motoris sit non in magnitudine. Hæc quo patet, q. corpus moueri non tpe, non consequitur nisi uirtutē infinitam in magnitudine. Cuius rō est, quia omnis uirtus, quæ est in magnitudine, mouet fm se totā, cum moueat, per necessitatē naturæ. Potentia autē infinita improprietate excedit quamlibet potentā finitā. Quamō autē maior est potentia mouentis, tantō est maior uelocitas motus. Cum igitur potentia finita moueat tpe determinato, sequitur, quod potentia infinita nō moueat in aliquo tempore, quia cuiuscunque temporis ad aliud tēpus est aliqua proportio. Sed uirtus, quæ non est in magnitudine, est uirtus alicuius intelligentis, qui operatur in effectibus, secundum quod eis conuenit. Et ideo, cum corpori non possit esse conueniens moueri in non tempore, non sequitur quod moueat in non tempore.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus moueat immediatē intellectum creatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt, q. Deus non moueat immediatē intellectum creatum. Actio enim intellectus est ab eo, in quo est. Nō enim transit in exteriorē materiā, ut dī in 9. Metaph. * Actio autē eius, q. mouetur ab alio, nō est ab eo in quo est, sed à mouente. Nō ergo intellectus mouet ab alio. Et ita vñ, quod Deus non possit mouere intellectum.

¶ 2 Præterea, illud, quod habet in se sufficiens principium sui motus, non mouet ab alio. Sed motus intellectus est ipsum intelligere eius, sicut dī q. intelligere, uel sentire est motus quidā, fm Philol. in 3. de Aīa. * Sufficiens autē principium intelligendi est lumen intellectuale inditum intellectui. Ergo non mouet ab alio.

¶ 3 Præterea, sicut sensus mouetur à sensibili, ita intellectus ab intelligibili. Sed Deus non est intelligibilis à nobis, sed nostrum intellectum excedit. Ergo Deus nō potest mouere nostrum intellectum.

SED CONTRA, Docens mouet intellectū ad discēntis. Sed Deus docet hominem scientiam, sicut dicitur in Plal. Ergo Deus mouet intellectum hominis.

q. 19. art. 6.

135

Q. 44. art. 1. & 2.

b 264

110

241 452

513

Opusc. 10. art. 1. & 5.

ca. 1. a me dicitur.

lib. 1. Phys. text. 79. 10. 2.

q. 25. art. 2.

Art. 1. huius

111

112

113

114

115

116

lib. 3. Phys. text. 78. 79. & 80. 10. 2.

117

514

118

119

lib. 3. de Aīa. text. 28. 10. 2.

RESPONDEO dicendum, qd sicut in motibus corporalibus mouens dicitur, quod dat formam, quae est principium motus, ita dicitur mouere intellectum, quod causat formam, quae est principium intellectus operationis, quae dicitur motus intellectus. Operationis autem intellectus est duplex principium intelligente. Vnum scilicet, quod est ipsa virtus intellectualis, quod est principium est etiam in intelligente in potentia. Aliud autem est principium intelligendi in actu, similitudo rei intellectus in intelligente. Dicitur ergo aliquid mouere intellectum, siue det intelligenti virtutem ad intelligendum, siue imprimat ei similitudinem rei intellectus. Vtroque autem modo Deus mouet intellectum creatum. Ipse enim est ipsum primum ens immateriale. Et quia intellectualitas consequitur immaterialitati, sequitur qd ipse sit primum intelligens. Vnde, cum primum in quolibet ordine sit causa eorum, quae consequuntur, sequitur, qd ab ipso sit ois virtus intelligendi. Similiter cum ipse sit primum ens, & oia entia praexistant in ipso, sicut in prima causa, oportet, quod sint in eo intelligibiliter secundum modum eius. Sicut enim omnes rationes rerum intelligibiles primo existunt in Deo, & ab eo deriuantur in alios intellectus, vt actu intelligant, sic et deriuantur in creaturas, vt subsistant. Sic igitur Deus mouet intellectum creatum, in quantum dat ei virtutem ad intelligendum, vel naturalem, vel superadditam, & in quantum imprimat ei species intelligibiles, & vt inque tenet, & conseruat in esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd operatio intellectualis est quidem ab intellectu, in quo est sicut a causa secunda, sed a Deo, sicut a causa prima. Ab ipso enim datur intelligenti, quod intelligere possit.

AD SECVNDVM dicendum, qd lumen intellectuale simul cum similitudine rei intellectus est sufficiens principium intelligendi: secundarium tamen, & ab ipso primo principio dependens.

AD TERTIVM dicendum, qd intelligibile mouet intellectum nostrum, in quantum quodammodo immitit ei suam similitudinem, per quam in eiligit potest. Sed similitudines, quas Deus imprimat intellectui creato, non sufficient ad ipsum Deum intelligendum per essentiam, vt supra habitum est. Vnde mouet intellectum creatum, cum tamen non sit ei intelligibilis, vt dictum est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus possit mouere voluntatem creatam.

AD QVARTVM sic proceditur. Vbi, qd Deus non possit mouere voluntatem creatam. Omne enim, quod mouetur ab extrinseco, cogitur. Sed voluntas non potest cogi. Ergo non mouetur ab aliquo extrinseco. Et ita non potest moueri a Deo.

¶ 1. Præterea, Deus non potest facere, qd contradictoria sint simul vera. Hoc autem sequeretur, si voluntatem motu ueret. Nam voluntatem moueri est ex se moueri, & non contra ea, ab alio. Ergo Deus non potest voluntatem mouere.

¶ 2. Præterea, motus magis attribuitur mouenti, quam mobili. Vnde homicidium non attribuitur lapidi, sed oipio. Et proficiente. Si igitur Deus moueat voluntatem, sequitur, quod opera voluntaria non impuenter homini admeritum, uel demeritum. Hoc autem est falsum. Non igitur Deus mouet voluntatem.

SED CONTRA est, quod dicitur Phil. 2. Deus est, qui operatur in nobis uelle, & perficere.

RESPONDEO dicendum, qd sicut intellectus, vt dictum est, mouetur ab obiecto, & ab eo, qui dedit virtutem intelligendi, ita voluntas mouetur ab obiecto, qd est bonum, & ab eo, qui causat virtutem uolendi. Potest autem voluntas moueri, sicut ab obiecto, à quo uique bono, non tñ sufficienter, & efficiet, nisi à Deo. Non enim sufficienter aliquid potest mouere aliquid mobile, nisi virtus actiua mouentis excedat, vel saltem adæquet virtutem passiuam mobilis. Virtus autem passiuæ voluntatis se extendit ad bonum in uniuersali. Est enim eius obiectum

bonum uniuersale, sicut & intellectus obiectum est ens uniuersale. Quodlibet autem bonum creatum est quoddam particulare bonum, solus autem Deus est bonum uniuersale. Vnde ipse solus implet uoluntatem, & sufficienter eam mouet, vt obiectum. Similiter autem & virtus uolendi a solo Deo causatur. Velle enim nihil aliud est, qd inclinatio quaedam in obiectum uoluntatis, quod est bonum uniuersale. Inclinare autem in bonum uniuersale est primi mouentis, cui proportionatur uoluntatis finis, sicut in rebus humanis dirigere ad bonum commune est eius, qui præest multitudini. Vnde utroque modo proprium est Dei mouere uoluntatem, sed maxime secundum modo, interius cum inclinando.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd illud, quod mouetur ab altero, qd cogit, si mouetur contra inclinationem propriam, sed si mouetur ab alio, quod sibi dat propriam inclinationem, non dicitur cogi. Sicut graue, cum mouetur deorsum à generante, non cogitur. Sic igitur Deus mouet uoluntatem, non cogit ipsam, quia dat ei eius propriam inclinationem.

AD SECVNDVM dicendum, qd moueri uoluntatis est moueri ex se, id est a principio intrinseco. Sed illud principium intrinsecum potest esse ab alio principio extrinseco. Et sic moueri ex se, non repugnat ei, quod mouetur ab alio.

AD TERTIVM dicendum, qd si uoluntas ita moueretur ab alio, qd ex se nullatenus moueretur, opera uoluntatis non impuenter ad meritum, uel demeritum. Sed quia per hoc, qd mouetur ab alio, non excluditur quin mouetur ex se, vt dictum est. Ideo per consequens, non tollitur ratio meriti, uel demeriti.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus operetur in omni operante.

AD QVINTVM sic proceditur. Vbi, qd Deus non operetur in ois operante. Nulla enim insusficientia est Deo attribueda. Si igitur Deus operetur in ois operante, sufficienter in quolibet operat. Superfluum igitur esset, qd agens creatum, aliquid operaretur.

¶ 2. Præterea, vna operatio non potest esse simul à duobus operantibus, sicut nec vnus numero motus potest esse duorum mobilium. Si igitur operatio creaturæ est à Deo in creatura operante, non potest esse simul à creatura. Et ita nulla creatura aliquid operatur.

¶ 3. Præterea, Paciens dicitur esse causa operationis facti, in quantum dat ei formam qua operatur. Si igitur Deus est causa operationis rerum factarum ab ipso, hoc erit in quantum dat eis uirtutem operandi. Sed hoc est à principio, quando rem facit. Ergo uideretur, quod uirtus non operetur in creatura operante.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd Deum operari in quolibet operante, aliqui sic intellexerunt, quod nulla uirtus creata aliquid operaretur in rebus, sed solus Deus immediate oia operaretur, puta qd ignis non calefaceret, sed Deus in igne. Et similiter de oibus aliis. Hoc autem est impossibile. Primum quidem, quia sic subtraheret ordo causæ, & causati à rebus creatis, qd pertinet ad impotentiam creaturis. Ex uirtute enim agentis est, qd suo effectui dat uirtutem agendi. Secundum, quia uirtutes operatiua, quæ in rebus inueniuntur, frustra essent rebus attributa, si per eas nihil operarentur, quinimo oes creaturæ uiderentur quodammodo esse frustra, si propria operatione destituerentur, cum omnes res sint propter suam operationem. Semper enim imperfectum est propter perfectius. Sicut igitur materia est propter formam, ita forma, quæ est actus primus, est propter suam operationem, quæ est actus secundus. Et sic operatio est finis rei creaturæ. Sic igitur intelligendum est Deum operari in rebus, quod tamen ipse res propriam habeant operationem.

Ad cuius euidenciam considerandum est, qd cum sint causæ

causarum quatuor genera, materia non est principium actionis, sed se habet, vt subiectum recipiens actionis effectum. Finis uero & agens, & forma se habent, vt actionis principium, sed ordine quodam. Nam primum quidem principium actionis est finis, qui mouet agentem. Secundum uero agens. Tertio autem forma eius, qd ab agente applicat ad agendum. Quatuor & ipsi agens per formam suam agat, vt patet in artificialibus. Artifex enim mouetur ad agendum à fine, qui est ipsum operatum, puta arca, uel lectus, & applicat ad actionem securum, qd incidit per suam aciem. Sic igitur secundum hæc tria Deus in quolibet opere operatur. Primum quidem secundum finem. Cuius operatio sit per aliquid quod bonum uerum, vel apparen, nihil autem est, vel apparet bonum, nisi secundum quod participat aliquam similitudinem finis boni, quod est Deus, sequitur, quod ipse Deus sit cuiuslibet operationis causa, vt finis.

Similiter considerandum est, qd si sint multa agentia ordinata, qd secundum agens agit, in uirtute primi agentis. Nam primum agens mouet secundum agendum. Et secundum hoc oia agunt in uirtute ipsius Dei. Et ita ipse est ois actio agens. Tertio considerandum est, qd Deus mouet non solum res ad operandum, quasi applicando formas, & uirtutes rerum ad operationem, sicut et artifex applicat securum ad incidendum, qd tñ interdum formam securi non tribuit, sed et dat formam creaturis agentibus, & eas tenet in esse. Vnde non solum est causa actionum, in quantum dat formam, quæ est principium actionis, sicut generans dicitur esse causa motus grauium, & leuium, sed et sicut conseruans & formas, & uirtutes rerum, prout solum dicitur causa manifestationis colorum, in quantum dat, & conseruat lumen, quo manifestantur colores. Et quia forma rei est intra rem, & ita, tñ magis, quando consideratur, vt prior, & uniuersalior, & ipse Deus est prior causa ipsius esse uniuersalis in rebus oibus, qd inter oia est magis intimum rebus, sequitur, qd Deus in omnibus intime operetur. Et propter hoc in sacra scriptura operationes nature Deo attribuitur quasi operanti in natura, secundum illud Job 10. Pelle, & carnis uestisti me, ossibus, & neruis compegisti me.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd Deus sufficienter operatur in nobis ad modum primi agentis. Nec propter hoc superfluit operatio secundorum agentium.

AD SECVNDVM dicendum, qd vna actio non procedit à duobus agentibus vnus ordinis. Sed nihil prohibet quin vna, & eadē actio procedat à primo, & secundo agente.

AD TERTIVM dicendum, qd Deus non solum dat formas rebus, sed et conseruat eas in esse, & applicat eas ad agendum, & est finis ois actionum, vt dictum est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Deus possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

AD SEXTVM sic proceditur. Vbi, qd Deus non possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum. Dicit enim Aug. 26. contra Faustum, Deus conditor, & creator omnium naturarum nihil contra naturam facit. Sed hoc uideretur contra naturam, quod est præter ordinem naturaliter rebus inditum. Ergo Deus non potest facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

¶ 2. Præterea, sicut ordo iustitiæ est à Deo, ita & ordo nature. Sed Deus non potest facere aliquid præter ordinem iustitiæ. Faceret enim tunc aliquid iniustum. Ergo non potest facere aliquid præter ordinem nature.

¶ 3. Præterea, Ordinem nature Deus instituit. Si igitur præter ordinem nature Deus aliquid faciat, uideretur, quod ipse sit mutabilis, quod est inconueniens.

SED CONTRA est, qd Aug. 26. contra Faustum, Deus aliqui aliquid facit contra solitum cursum nature. Respondeo dicendum, qd a qualibet causa deriuatur aliquid ordo in suos effectus, cum quilibet causa habet rationem principij. Et ideo secundum multiplicationem causarum multiplicatur & ordines, quorum vnus con-

tinetur sub altero, sicut & causa continetur sub causa, unde causa superior non continetur sub ordine causarum inferioris, sed econuerso. Cuius exemplum apparet in rebus humanis. Nam ex paterfamilias dependet ordo domus, qui continetur sub ordine ciuitatis, qui procedit à ciuitatis rectore, cum & hic continetur sub ordine regis, à quo totum regnum ordinatur. Si ergo ordo rerum consideretur, prout dependet à prima causa, sic contra rerum ordinem Deus facere non potest. Sic enim si faceret, faceret contra suam scientiam. Si uero consideratur rerum ordo, prout dependet à qualibet eisdarum causa, sic Deus potest facere præter ordinem rerum, quia ordini secundarum causarum ipse non est subiectus, sed talis ordo ei subijcit quasi ab eo procedens, non per necessitatem nature, sed per arbitrium uoluntatis. potuisset enim & alium ordinem rerum instituire. Vnde & potest præter hunc ordinem institutum agere, cum uoluerit, puta agendo effectus secundarum causarum sine ipsis, vel producendo aliquos effectus, ad quos cause secundæ non se extendunt. Vnde & Aug. 26. dicit contra Faustum, quod Deus contra solitum cursum nature facit, sed contra summam legem nullo modo facit, quia contra seipsum non facit.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd cum aliquid contingit in rebus naturalibus præter naturam inditam, hoc potest dupliciter contingere. Vno modo per actionem agentis, qui inclinationem naturalem non dedit. Sicut cum homo mouet corpus graue sursum, qd non hæt ab eo, vt moueatur deorsum. Et hoc est contra naturam. Alio modo per actionem illius agentis, à quo dependet actio naturalis. Et hoc non est contra naturam, vt patet in fluxu, & refluxu maris, qd non est contra naturam, quauis sit præter motum naturalem aq. qd mouet deorsum. Est enim expressio celestis corporis, à quo dependet naturalis inclinatio inferioris corporis. Cui igitur nature ordo sit à Deo rebus inditus, si qd præter hunc ordinem faciat, non est contra naturam. Vnde Aug. 26. contra Faustum, quod i. cuiuslibet rei naturale, qd ille fecerit, à quo est omnis modus, numerus, & ordo nature.

AD SECVNDVM dicendum, qd ordo iustitiæ est secundum relationem ad causam primam, qd est regula omnis iustitiæ. Et ideo præter hunc ordinem Deus nihil facere potest.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus sic Deus certum ordinem indidit, vt tamen sibi reseruaret, quod ipse aliquando aliter ex causa esset facturus. Vnde cum per hunc ordinem agit, non mutat.

ARTICVLVS VII.

Vtrum omnia, quæ Deus facit præter ordinem naturalem rebus, sint miracula.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, qd non oia, qd Deus facit præter ordinem naturalem rebus, sint miracula. Creatio enim mundi, & et aiarum, & iustificatio impii sunt à Deo præter ordinem naturalem. Non enim sunt per actionem alicuius cause naturalis. Et tñ hæc miracula non dicuntur. Ergo non omnia, quæ facit Deus præter ordinem naturalem rebus, sunt miracula.

¶ 2. Præterea, miraculum dicitur aliquid arduum, & insolitum præter facultatem nature, & spem admirantis proueniens. Sed quædam sunt præter naturam ordinem, qd tñ non sunt ardua. Sunt enim in minimis rebus in restauratione gemmarum, vel sanatione agrorum. Nec et sunt insolita, cum frequenter eueniant, sicut cum infirmi in plateis ponebantur, vt ad uibrum Petri sanarentur. Nec et sunt supra facultatem nature, vt cum aliqui saluantur à febribus. Nec et spem, sicut reuersionem mortuorum omnes speramus, qd tñ sic præter ordinem nature. Ergo non omnia, qd sunt præter naturam ordinem, sunt miracula.

¶ 3. Præterea, miraculi nomen ab admiratione sumitur. Sed admiratio est rebus se sui manifestis. Sed, quæ aliqua accidit præter ordinem nature, rebus se sui non manifestis. Sicut cum Apo. facti sunt scietes, neq. iuenietes, neq. discen-tes. Ergo non oia, qd sunt præter ordinem nature, sunt miracula.

SED

321

C 412

In solu. ad præc. arg.

516

3. cont. ca. 66. & 67. Et li. 4. ca. 44. co. 2. opu. 3. ca. 131. fin. & 145.

519

In cor. art. 517

3. q. 43. ar. 2. co. Et 3. co. ca. 98. 99. & 161. Et po. q. 6. art. 1. Et opu. 3. cap. 138. Et opu. 10. ar. 1. & 17. ca. 3. ante med. ro. mo 6.

li. 26. con. Fau. c. 3. a med. to. 6.

52

ccitato in arg. sed contra.

li. 26. contra Faust. ca. 3. ante med. to. 6.

518

Po. q. 6. ar. 2. Et 2. di. 18. q. 1. ar. 3. Et 3. co. c. 101. & 102.

lib. 26. c. 3
a med. il.
lius. 10.6

SE D C O N T R A est, qd Aug. * dicit 26. cōtra Fan
stium, qd cum Deus aliquid facit cōtra cognitum nobis
cursum solitūque naturæ, magnalia, vel mirabilia no
minantur.

R E S P O N D E O dicendum, qd nomen miracali ab
admiratione sumitur. Admiratio autem confurgit cum
effectus sunt manifesti, & cōculta. Sicut aliquis admi
ratur cum videt eclipsim solis, & ignorat causam, vt dī
in principio Metaph. * Potest autē causā esse & usalicu
stus apparentis alicui esse nota, q̄ tamen est aliis in cogni
ta. Vnde aliquid est mirum vni, quod non est mirū aliis.
Sicut eclipsim solis miratur rusticus, non autem astrolo
gus. Miraculum autē dicitur quasi admiratione plenū,
quod. Chabet causam simpliciter, & omnibus occultā.
Hæc autem est Deus. Vnde illa, quæ à Deo sunt præter
causas nobis notas, miracula dicuntur.

lib. 1. Me
taph. c. 2.
circa me
dium 10.3

A D P R I M V M ergo dicendum, qd creatio, & iustifi
catio impj, etsi à solo Deo fiant, non tñ proprie loquendo
miracula dicuntur, quia non sunt nata fieri per alias
causas, & ita non contingunt præter ordinem naturæ,
cum hæc ad facultatem naturæ non pertineant.

A D S E C V N D V M dicendum, quod arduum
dicitur miraculum, non propter dignitatem rei, in qua
fit, sed quia excedit facultatem naturæ. Similiter etiam
insolitum dicitur, non quia frequenter non eueniat, sed
puta est præter naturalem consuetudinem. Supra facul
tatem autem naturæ dicitur aliquid non solum propter
substantiam facti, sed etiam propter modum, & ordinē
faciendi. Supra spem etiam naturæ miraculum esse di
citur non supra spem gratiæ, quæ est ex fide, per quam
credimus resurrexerunt futuram.

A D T E R T I V M dicendum, qd scia Apostolorum,
quamuis secundum se nō fuerit manifesta, manifestaba
tur tamē in effectibus, ex quibus mirabilis apparebat.

A R T I C V L V S V I I I .

Vtrum vnus miraculum sit maius alio.

519

12. q. 113.
art. 10. co.
Et 3. con
tra. ca. 101
tra. ca. 101
tra. ca. 101
tra. ca. 101

A D O C T A V M sic procedit. Videtur, qd vnū
miraculum non sit maius alio. Dicit n. Aug. * in
epistola ad Volusian. In rebus mirabiliter factis
totocatio facti est potentia facientis. Sed eadem poten
tia, si Dei, sunt omnia miracula. Ergo vnū non est ma
ius alio.
¶ 2 Præterea, Potentia Dei est infinita. Sed infinitum
magis est improprietate excedit omne finitum. Ergo non
magis est mirandum, quod faciat hunc effectum, quam
illum. Ergo vnus miraculum non est maius altero.

S E D C O N T R A est, qd Dominus dicit Io. 14. de
operibus miraculosis loquens, Opera, quæ ego facio, &
ipse faciet, & maiora horum faciet.

R E S P O N D E O dicendum, qd nihil potest dici mi
raculum ex comparatione potentie diuine, quia quod
cunque factum diuine potentie comparatum, est mini
mum. Sicut illud Isa. 40. Ecce gentes, quæ sicut strilla situla, &
quasi momentū strateræ reputatae sunt. Sed dicitur ali
quid miraculum per comparationem ad facultatē nat
uræ, quam excedit. Et ideo secundum, quod magis exce
dit facultatem naturæ, sicut hoc maius miraculū dī. Exce
dit autē aliqd facultatē naturæ tripliciter. Vno modo quan
tum ad substantiam facti. Sicut, quod duo corpora sint
simul, vel quod sibi retrocedat, aut quod corpus huma
nū glorificet, quod nullo modo naturæ hæcere potest. Et ista
tenent summam gradum in miraculis. Secundō aliquid
excedit facultatem naturæ, non quantum ad id, qd fit, sed
quantum ad id, in quo fit. Sicut resuscitatio mortuorū,
& illuminatio cæcorum, & similia. Potest n. natura cære
vitam, sed non in mortuo. Et potest p̄tare vitam, sed nō
cæco. Et hæc tenent sicut locum in miraculis. Tertio modo
excedit aliquid facultatem naturæ quantum ad modū
& ordinem faciendi. Sicut cum aliquis subito per virtu
tem diuinam à febre curat absque curatione, & consue
to processu naturæ in talibus, & cum statim acq̄ diuina

virtute in pluias densatur absque naturalibus causis,
sicut factum est ad preces Samuelis, & Eliæ. Et huius
modi tenent infimum locum in miraculis. Quilibet ta
men horum hēnt diuersos gradus, secundū quod diuer
simodē excedunt facultatem naturæ.
Et per hoc patet solutio ad obiecta, quæ procedunt
ex parte diuina potentia.

Q V A E S T I O C V I .

Quomodo vna creatura aliam moueat, & de angelorū
illuminatione, in quatuor articulos diuisa.

D E I N D E considerandū est, quomodo vna crea
tura moueat aliam. Exit autem hæc consideratio
tripartita, vt primō consideremus quomodo
Angeli moueant, qui sunt creaturæ purē spirituales. Sec
cūdo quō corpora moueant. Tertio, quō homines, qui
sunt ex spirituali, & corporali natura compositi.

¶ Circa primū tria consideranda occurrunt. Primō,
quomodo angelus agat in angelum. Secūdo, quō in crea
turam corporalem. Tertio, quomodo in hominem.

¶ Circa primū consideranda oportet de illuminatione
ne, & locutione angelorum, & ordinatione eorum adia
uicem tam bonorum, quam malorum.

¶ Circa illuminationem quærentur quatuor.

¶ Primō, vtrum vnus angelus moueat intellectum alte
rius, illuminando.

¶ Secundō, vtrum vnus moueat voluntatem alterius.

¶ Tertio, vtrum inferior angelus possit illuminare supe
riorem.

¶ Quarto, vtrum superior angelus illuminet inferiore
de omnibus, quæ cognoscit.

A R T I C V L V S P R I M V S .

Vtrum vnus angelus illuminet alium.

A D P R I M V M sic procedit. Videtur, qd vnus
angelus non illuminet alium. Angeli n. eandem
beatitudinem possident nunc, quam nos in fu
turo expectamus. Sed tunc vnus homo non illuminabit
alium, secundum illud Ier. 31. Non docebit vltra vir .p.
ximum suum, & vir fratrem suum. Ergo etiā nunc vnus
angelus non illuminat alium.

¶ 2 Præterea, Triplex est lumen in angelis, naturæ, &
gratiæ, & gloriæ. Sed angelus illuminatur lumine natu
ræ à creatore, lumine gratiæ à iustificante, lumine gloriæ
à beatificante. Quod totum Dei est. Ergo vnus angelus
non illuminat alium.

¶ 3 Præterea, Lumen est forma quædam mentis. Sed
mens rationalis à solo Deo formatur, nulla interposita
creatura, vt Aug. dicit in li. 83. q. Ergo vnus angelus nō
illuminat mentem alterius.

S E D C O N T R A est, qd dicit Dio. * 2. ca. cæl. hier. qd
Angeli secundæ hierarchie purgantur, & illuminantur,
& perficiuntur per angelos primæ hier.

R E S P O N D E O dicendum, qd vnus Angelus illumi
nat alium. Ad cuius euidentiam considerandum est, qd
lumen, sicut quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud,
quàm quædam manifestatio veritatis, secundum illud
ad Eph. 3. Mhi omnium sanctorum minimo data
est gratia illuminare omnes, quæ sit dispensatio facti ab
scōditū à seculis in Deo. Sic igit vnus angelus dī illumi
nare alium, in quantum ei manifesta veritate, quæ ipse cogno
scit. Vñ Dio. * dicit 7. c. cæl. hier. qd Theologi planē mon
strant cælestium substantiarum ornatus à supremis mē
tribus doceri deificas scientias. Cum autem ad intelligē
dum duo concurrant, vt supra diximus, s. virtus intel
lectiua, & similitudo rei intellectæ, secundum hæc duo
vnus angelus alteri veritatem notam notificare potest.
Primō quidem, fortificando virtutem intellectiuam
eius. Sicut enim virtus imperfectioris corporis con
for-

520

2. di. 9. art.
2. Et di. 11.
q. 2. art. 1.
Et ver. q.
7. art. 1. &
1. cor. 13.
cor. 2.

Q. 51. non
procut à
hinc 10.4.
* c. 3. parū
ante med.
& c. 6. Ec
cle. hier.

ca. 7. post
medium.
Q. p. ar. 3

fortatur ex finali propinquitate perfectioris corpo
ris, vt minus calidum crecit in calore, ex p̄sentia magis
caliditatis virtus intellectiua inferioris angeli confortat
ex conuersione superioris angeli ad ipsum. Hoc n. facit
in spūalibus ordo conuersionis, qd facit in corporalibus
ordo localis propinquitatis. Secundō autē vnus angelus
alteri manifestat veritatē ex parte similitudinis intel
lectæ. Superior, n. angelus noticiam veritatis accipit in vni
uersali quadam conceptione, ad quam capiendam infe
rioris angeli intellectus non esset sufficiens, sed est ei con
naturale, vt magis particulariter veritatē accipiat. Super
rior verō angelus veritatē, qd velocius concipit, quo
dammō distinguit, vt ab inferiori capi possit. Et sic eā
cognoscens illi proponit. Sicut ē: apud nos, doctores,
qd in summa capiunt, multipliciter distinguunt, provi
dentes capacitati aliorū. Et hoc est, qd Dion. * dicit 15. ca.
cæl. hier. Vnaquæq; substantia intellectualis datā sibi à
diuini veriformē intelligentiā propria virtute diuidit,
& multiplicat ad interioris partem ductricē analogiā.

520

ea. 15 non
multū re
motē ante
med.

A D P R I M V M ergo dicendum, qd omnes angeli
tam superiores, q̄ inferiores immediatē vidēt Dei essen
tiam. Et quantum ad hoc vnus non docet alium. De hoc
n. doctrina Propheta loquitur. Vñ dicit, Nō docebit vir
fratrem suum, dices, Cognosce Dominum. Omnes enim
cognoscent me à minimo eorum, vsq; ad maximū. Sed
rationes diuino operum, quæ in Deo cognoscuntur,
sicut in causa, oēs quidem Deus in seipso cognoscit, qd
seipsum comprehendit aliorum verō Deum videntium
tantō vniuersiq; in Deo plures rationes cognoscit, quā
tō eum perfectius videt. Vnde superior angelus plura in
Deo de rationibus diuino operum cognoscit, q̄ infe
rior: & de his eū illuminat. Et hoc est, qd dicit Dion. * 4.
ca. de di. no. qd angeli existentiū illuminantur rōnibus.

cap 4 non
multum à
prin.

A D S E C V N D V M dicendum, qd vnus angelus non
illuminat alium, tradendo ei lumen naturæ, vel gratiæ,
vel gloriæ, sed confortando lumen naturale ipsius, & ma
nifestando ei veritatē de his, quæ pertinent ad statum
naturæ, & gratiæ, & gloriæ, vt dictum est.

In cor. ar.

A D T E R T I V M dicendum, qd rationalis mens for
matur immediatē à Deo, vel sicut imago ab exemplari,
quia non est tacta ad alterius imaginem, q̄ Dei: vel sicut
subiectum ad vltima forma completiua, quia semper
mens creatur reputatur informis, nisi ipsi primæ veritati
inhæreat. Alie verō illuminationes, q̄ sunt ab homine,
vel angelo, sunt quasi dispositiones ad vltimam formam.

521

A R T I C V L V S I I .

An vnus angelus moueat voluntatem alterius.

A D S E C V N D V M sic procedit. Videtur, qd
angelus possit mouere voluntatem alterius.
Quia secundum Dion. sicut vnus angelus illu
minat alium, ita purgat, & perficit, vt patet ex auctorita
te supradicta. Sed purgatio, & perfectio vñr pertinere
ad voluntatem. Nam purgatio videtur esse à sordibus cul
pæ, quæ perinet ad voluntatem, perfectio autem videt
esse per consecutionem finis, vnde est obiectū voluntatis.
Ergo vnus angelus potest mouere voluntatē alterius.

cap. 7. cæl.
hier. in
prin. & c.
1. cir prin.
li. 3. de ani
ma, text. 57
to. 2.

¶ 2 Præterea, sicut Dion. * dicit 7. c. cæl. hier. nomina
angelorū designat eorū proprietates. Seraphin. n. incēdē
tes dñr, aur. calefacient. es. Quod est q̄ amorē, qd ad volū
tate p̄tinet. Vnus ergo angelus mouet voluntatē alterius.
¶ 3 Præterea, Philo. dicit in 3. de aīa, qd appetitus su
perior mouet appetitū inferiorē. Sed sicut intellectus an
geli superioris superior est, ita et appetitus. Ergo vñ, qd su
perior angelus possit immutare voluntatem alterius.

S E D C O N T R A. Eius est immutare voluntatem
cuius est iustificare, cum iusti ia sit relictudo volūtatis.
Sed solus Deus est, qui iustificat. Ergo vnus angelus non
potest mutare voluntatem alterius.

R E S P O N D E O dicendum, qd sicut dicitur est, vo
luntas immutatur dupliciter. vno modo ex parte obiecti
alio modo ex parte ipsius potentie. Ex parte quidē obiecti

q. p. ar. d.
ar. 4.

ei mouet voluntatē, & ipsum bonum, quod est volunta
tis obiectum, sicut appetibile mouet appetitū, & illa, quæ
demonstrat obiectum, puta, qui demonstrat aliquid esse
bonū. Sed sicut supra dictum est. * alia quidē bona ali
qualiter inclinant voluntatē, sed nihil sufficiens mouet
voluntatē, nisi bonum vniuersale, qd est Deus. Et hoc do
nū solus ipse ostendit, vt per essentia videat à beatis, qui
dicenti Moy si, Ostende mihi gloriā tuā. r̄ndit, Ego ostē
dā tibi oē bonum, vt h̄ Exod. 33. Angelus ergo nō suffi
cienter mouet voluntatē, neq; vt obiectū, neq; vt ostē
dens obiectū, sed inclinat eam, vt amabile quoddā, & vt
manifestans aliqua bona creata ordinata in Dei bonita
tē. Et per hoc inclinare potest ad amorē creaturæ, vel Dei
per modū suadentis. Ex parte verō ipsius potentie volun
tas nullo modo potest moueri, nisi à Deo. Operatio, n. volū
tatis est inclinatio quæ adā volentis in volūtū. Hanc autē
inclinatioē solus ille immutare potest, qd virtutē volēdi crea
turæ cōtulit, sicut & naturalē inclinationē solū illud
agens potest mutare, qd potest dare virtutē, quæ consequitur
inclinatio naturalis. Solus autē Deus est, qd potentia volēdi
tribuit creaturæ, quia ipse solus Deus est auctor intellectus
naturæ. Vñ angelus voluntatē alterius mouere nō potest.

A D P R I M V M ergo dicendum, qd sicut modū illu
minationis est accipiendi & purgatio, & perfectio. Et
quia Deus illuminat immutando intellectū, & volunta
tē, purgat à defectibus intellectus, & voluntatis, & perfici
cit in finem intellectus, & voluntatis. angeli autē illumi
natio refertur ad intellectum, vt dictū est. * ideo et pur
gatio angeli intelligitur à defectu intellectus, qd est
necientia, perfectio autē est consummatio in fine intel
lectus, qui est veritas cognita. Et hoc est, quod dicit Dion.
* 6. ca. eccl. hier. quod in cælesti hierarchia purgatio est
in substantiis, & essentis tanquā ignotorū illuminatio in
perfectiorē sciam inducens. Sicut si dicamus vitium
corporalem purgari, in quantum remouentur tenebræ
illuminari verō, in quantum perfunditur lumine, perfici
verō, sicut quod perducitur ad cognitionem colorati.

A D S E C V N D V M dicendum, qd vnus angelus
potest inducere alium ad amorem Dei per modum per
suadentis, vt supra dictum est.

A D T E R T I V M dicendum, qd Philo. loquitur
de appetitu inferiori sensitiuo, qui potest moueri à su
periori intellectu, quia pertinet ad eandem naturam
animæ, & quia inferior appetitus est virtus in organo
corporali. Quod in angelis locum non habet.

In cor. ar.

A R T I C V L V S I I I .

Vtrum angelus inferior superiorem illuminare possit.

A D T E R T I V M sic procedit. Videtur, qd an
gelus inferior superiorem illuminare possit. Ec
clesiastica hierar. deriuata est à cælesti, & eā
representat. vnde & superna Hierusalem dī mater no
stra, Galat. 4. Sed in Ecclesia etiam superiores illumina
tur ab inferioribus, & docentur, secundum illud Apolt.
1. ad Cor. 14. Potestis omnes per singulos prophetare, vt
omnes discant, & omnes exhortentur. Ergo & in cælesti
hierarchia superiores ab inferioribus possunt illuminari.

¶ 2 Præterea, sicut ordo corporaliū substantiarū de
pendet ex Dei voluntate, ita & ordo substantiarū spi
ritualium, sed sicut dictum est, * Deus quæque præter or
dinem substantiarum corporaliū operatur, ergo etiam
operatur præter ordinem spiritualium substantiarū illu
minando inferiores, nō qd medios superiores. Sic ergo in
feriores illuminati à Deo possunt superiores illuminare.

¶ 3 Præterea, vnus angelus alium illuminat, ad quē
se conuertit, vt supra dictum est. Sed, cum ita conuer
sio sit voluntaria, potest supremus angelus ad infimum
se conuertere medijs prætermisiss. Ergo potest eum im
mediatē illum. nare. Et ita potest illuminare superiores,
de facerī.
S E D C O N T R A est, qd Dion. * dicit, hanc legem
esse diuinitatis immobiliter firmatam, vt inferiora redū
cantur in Deum per superiora.

q. p. ar. d.
ar. 4.

R B .

R E S P O N D E O dicendum, qd inferiores angeli nunquam illuminant superiores, sed semper ab eis illuminantur. Cuius rō est, quia sicut supra dictum est; *ordo continetur sub ordine, sicut cā continetur sub causa. Vñ sicut ordinatur cā ad causam, ita ordo ad ordinē. Et ideo non est inconueniens, si aliqui aliquid fiat p̄ter ordinē inferioris causā ad ordinandum in superiore causā, sicut in rebus humanis p̄termittitur mandatū p̄ficiēdis, vt obediat principi. Et ita contingit, vt p̄ter ordinē naturæ corporalis, aliquid Deus miraculosē operet, ad ordinandū homines in eius cognitionē. Sed p̄missio ordinis, qui debet sp̄ualibus substantijs, in nullo p̄tinet ad ordinandū hominum in Deum, cum operationes angelorum non sint nobis manifeste, sicut operationes visibilium corporū. Et iō ordo, qui conuenit sp̄ualibus substantijs, nunquam à Deo p̄termittitur, quin sp̄ inferiora moueantur per superiora; & non e conuerso.

A D P R I M V M ergo dicendum, qd Ecclesiastica hierarchia imitatur caelestem aliquid, sed non perfecte consequitur eius similitudinem. In caelesti. n. hierarchia tota rō ordinis est ex propinquitate ad Deum. Et iō illi, qui sunt Deo propinquiores, sunt & gradu sublimiores, & scia clariiores. Et p̄ hoc superiores nunquam ab inferioribus illuminantur. Sed in ecclesiastica hierarchia interdum, qui sunt Deo per sanctitatem propinquiores, sunt gradu infirmi, & scientia non eminentes. Et quidā in vno est, fm scientiam eminent, & in alio deficient. Et propter hoc superiores ab inferioribus doceri possunt.

A D S E C V N D V M dicendum, qd non est similis ratio de hoc, qd Deus agit p̄ter ordinem naturæ corporalis, & sp̄ualis, vt dictum est. * Vnde rō non sequitur.

A D T E R T I V M dicendum, qd angelus voluntate conuertit ad alium angelū illuminandū. Sed voluntas angeli sp̄ regulat lege diuina, qd ordinē in angelis instituit.

523

A R T I C V L V S I I I.

Vtrum angelus superior illuminet inferiorem.

A D Q V A R T V M sic proceditur. Videtur, qd angelus superior nō illuminet inferiorē de omnibus, quæ ipse nouit. Dicit n. Dion. * 12. c. cæl. hierar. qd angeli superiores habent scientiam magis vniuersalem inferioribus verō magis particularem, & subiectam. Sed plura continentur sub scientia vniuersali, q̄ sub particulari. Ergo non oīa, quæ sciunt superiores angeli cognoscunt inferiores per superiorū illuminationē.

* 2. Præterea, Magister dicit in 1. dist. 2. sent. qd superiores angeli cognouerūt à seculis mysteriū incarnationis. Inferioribus verō ignotum fuit, vsquequo cōpletum est. Quod v̄ per hoc, qd quibusdam angelis quærentibus, quis est iste rex gloriæ, quasi ignorantibus alij r̄ndent, quasi scientes: Dñs virtutū ipse est rex gloriæ, vt Dion. * exponit 7. c. cæl. hierar. Hoc autem non esset si superiores angeli illuminarent inferiores de omnibus, q̄ ip̄si cognoscunt. Non ergo eos illuminant de oībus sibi notis.

* 3. Præterea, Si oīa superiores angeli inferioribus annuntiant, quæ cognoscunt, nihil inferioribus ignotū remanet, quod superiores cognoscant. Non ergo de cætero superiores poterunt illuminare inferiores. Qd v̄ incōueniens. Nō ergo superiores de oībus inferiores illuminant.

S E D C O N T R A est, quod Greg. * dicit, qd in illa caelesti patria licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidet singulariter. Et Dion. † dicit 15. c. cæl. hierar. quod vnaquæque caelestis essentia intelligentiam sibi à superiori datam inferiori communicat, vt patet ex 1. c. 4. à me. auctoritate supra inducta.

R E S P O N D E O dicendum, qd omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, vt bonum, quod habent, in alia diffundant Nam de ratione boni est, qd se alijs communicet. Et inde est etiam, qd agentia corporalia similitudinem suam alijs tradunt, quantum possibile est. Quā eo igitur aliqua agentia magis in participatione diuina bonitatis constituantur, tantō magis perfectiones suas

